J C Crawford

CAROLI LINNÆI

ENTOMOLOGIA,

FAUNÆ SUECICÆ DESCRIPTIONIBUS AUCTA;

DD. Scopoli, Geoffroy, de Geer, Fabricii, Schrank, &c. speciebus vel in Systemate non enumeratis, vel nuperrime detectis, vel speciebus Galliæ Australis locupletata, generum specierumque rariorum iconibus ornata;

Curante & augente CAROLO DE VILLERS, Acad. Lugd. Massil. Villa-Fr. Rhotom. necnon Geometriæ Regio Professore.

TOMUS PRIMUS.



LUGDUNI,

Sumptibus PIESTRE ET DELAMOLLIERE.

1789.

PRÆLOQUIUM.

Philosophia virtutis principium expultrixque vitiorum Naturæ operum indagatio.

BACON.

IN variis vitæ tempestatibus solatium semper præ se fert Creatoris operum inquisitio. Observatori ubique natura arridet; descendens in solitudines nunquam solitarius & in regionibus cuivis fastidiosis jucunde detinetur. Arbor naturalis universum orbem terrarum ramis amplectitur; quocumque circumfert oculos sagax investigator, inde erumpunt coloni, animalia ubique, plantarum etiam ultra limites reperiuntur: Perfectibilitate homo primus, quis ultimum assignabit. Regnum animale naturæ amantes antiquius præcipue non occupaverat, Zoologiaque, præsertim ea pars *Entomologia* vocata, indigesta adhuc erat, quum, anno 1738, *Systema Naturæ* in lucem edidit immortalis *Linnæus*. Licet prima hæc editio methodi potius sit delineatio, quam methodus ubicumque gentium effusa, omnes

tamen qui de re naturali antea ſcripſerant vel ipſos Botanicos longe anteceſſit. Sexuali methodo vegetativa felicius ordinavit; animalia characteribus propriis conjunxit vel ſeparavit; in regno minerali etiam nova lux affulſit; ſic quidquid aerem, aquas terramque habitat in mente *Plinii recentioris* tunc erat diſpoſitum. Infelix diu, ſed quis Muſarum alumnus infortunio non fuit mactatus?

In vanum reclamant methodorum Antagoniſtæ, in vanum Naturam methodice non agere objiciunt; non ſine jure rident *Linnæani*. Entis Supremi conſilia, licet incomprehenſibilia, ſemita certa perficiuntur. Invariabilis lex creans, invariabilis lex conſervans: principia elementaria, qualiacumque ſint, minime fortuito uniuntur viſque univerſa eodem modo commovet, incendit & aggregat. A priori incognita, ſola experientia demonſtrari poteſt; ſed in experimentis quot allucinantur. Quam ante immortalem *Newtonem* ſuſpicati fuerant nonnulli, eam vim celeberrimus *Anglus* experientia & probationibus mathematicis demonſtravit. Recentioribus obſervationibus confirmata fuit. Regnat in cœlo, regnat in terris, imperat ubique,

dubium legitimum non jam permissum. Constans salium crystallisatio, famosæ numerosioresque Chymicorum affinitates, calcium metallicarum revivificatio, germinum invariabilis explicatio &, ut fecundentur, utriusque sexus in duobus naturæ regnis commixtus, legem entium conservatricem alte proclamant. Naturæ instrumentum tempus, nos ut umbra transimus. Ante oculos projiciuntur effectus, causa latet forsanque in æternum latebit. Pernitiosa & insatiabili famæ cupiditate, his quæstionibus *cur*, *quomodo* hodie sæpius audaces respondent; systemata congerunt, filii abortivi ante patrem extinguuntur; quidquid enim experientia constanti fulcitur, hoc solum benevole excipient Posteri.

A Recentiorum hypothesibus, Systema *Linnæi* quantum dissimile! nihil aliud est quam omnium Naturæ operum dispositio & ordinatio, in classes, ordines, genera, species varietatesque; *nisi enim in ordines redigantur substantiæ naturales & veluti in castrorum acies distribuantur, tumultu & fluctuatione omnia perturbari necesse est*. (Cæsalpinus.) Auxiliante methodo, mineralia, plantæ animaliaque incognita statim

determinantur, at ſola deſcriptione, non ſine improbo labore dignoſci poſſunt. Quadrupedum Muſæi Regalis hiſtoria voluptuoſe perlegitur; deſcriptionum tamen ope tarde nominaretur quadrupes; eas enim perlegere, icones pervolutare neceſſarium, ut animali incognito imponatur nomen quod, dentium inſpectione, poſitione, numero & forma, fere ſubito aſſignaretur. Attamen plantis inſectiſque quadrupedes longe minus numeroſi. Quantum tempus conſumendum ut, abſente methodo, vegetabile inſectumque cum deſcriptione comparentur. Syſtema *Linnæi* illuſtrant & methodus & deſcriptio: familia cognita, aliæ rejiciuntur familiæ; generis determinatione, genera fugiunt alia. Tunc ordo genus dilucidat deſcriptioque ſpeciem manifeſtat. Nonnulla individua, fateor, a generibus præſtitutis aliquando recedere videntur, certæ ſpecies aberrant, quid mirum! omnes ſpecies ordinare, nominare, deſcribere fere incredibile videtur, opus tamen & inchoavit & adumbravit & perfecit *Linnæus*.

In regno minerali non minus verſatus erat præſtantiſſimus Vir, licet in hac parte multo minus celebretur. *Salium*, inquit, *metamorphoſin, etiamnum occluſam Lithologis ſerio*

commendo, quæ si æque aperta fuerit ac hodie terrarum janua, nova lux affulgebit lapidum genesi Crystallos lapidosas, quod salibus dudum subjeci, ob rationes datas & pluribus dein confirmatas adeoque non mutandas, a variis reprehensus fui; sed vix ab aliis, quam qui ignorant quid distent Silices a Calce; & alibi.

Primus, anno 1736, *lapides in methodum systematicam disposui, constituendo* GENERA *fixa characteribus definita, quæ omnia non omnibus invisa fuisse, ex scriptis successorum intellexi, quamvis nonnulli meis humeris insistentes, circumspexere altius, quædam mutando addendoque non sine supercilio.* Legendo præfationem *System. Naturæ*, Systema ipsum penitus perscrutando, antiquarum novitatum origo detegitur; rivi tamen fontem non amplius agnoverunt.

Error & veritas perpetuo peregrinantur; sed veritas cordi est paucis, decepit enim frons prima multos. Quod de incomparabili *Newtone* scripsit elegantissimus Astronomiæ Historicus, ad illos omnes mundi præceptores probe applicari potest: *operum detractores argumenta non librant: D. Maskelinii* experientiæ, celeberrimæ Academiæ

Regalis Vicariorum relatio, Acad. Lugd. Monsp.que sententia nec magnetisantium nec diversæ radiorum refrangibilitati nec attráctioni refragatorum errorem abstulerunt. *Corpora curari possunt, animarum nulla medicina est.* Cic.

Systema Sexuale fere ab omnibus Botanicis acceptum fuit, methodusque in regionibus Borealibus nata orbis terrarum Botanicam feliciter ordinavit; in *generibus* enim *plantarum condendis regulas arcte constrinxit, characteres a solo flore desumendos strenue asseveravit.* Nuperrime *Systema Sexuale*, ipsis Antagonistarum objectionibus, confirmavit celeb. *D. Gouan.* Entomologia *Linn.* vicem eandem non subivit. Nonnullis placuit *Systema* Tarsorum instrumentorumque Cibariorum. *Sex tantum sectiones* admisit *D. Geoff.* nam, sub nomine *Tetrapterorum alis nudis*, Neuroptera & Hymenoptera *Systematis* ordinavit; aculei tamen defectu, unio minime naturalis videtur. In octo classes insecta divisit D. Fab. *Eleuterata*, *Ulonata*, *Synistata*, *Agonata*, *Unogata*, *Glossata*, *Rhyngota*, *Antliata*, Apterorumque classem a Natura indicatam rejecit. Hymenoptera & Neuroptera cum Apteris miscuit, Libel-

Iulas cum Julis, Scolopendris, Acaris, Araneis; cætera Hymenoptera Neuropteraque cum Monoculis, Oniſcis, Poduris indiſtincte ordinavit. In novi *Syſtematis* bonum, ni fallor, minime cedit ſingularis hæc aggregatio.

Immortali *Linnæo* objectat clariſ. *Fabric.* quod characteres generum undequaque collegerit. *Perſpexit perbene ſummus vir hunc* Syſtematis *defectum ideoque rarius nova genera condidit & magis habitui quam characteri confidit.* Si characteres e partibus oris quorum inſectorum facile eruuntur, quis in minoribus & in minimis, ſine improbo labore, etiam ad lentem eos agnoſcet? Quædam genera *Linn.* Entomologiæ aliquando vacillari fatendum eſt; ſed character ſemper adeo brevis eſt adeoque facile memoria cuſtoditur, ut Entomologiam *Syſt.* uſque ad hoc tempus, tyronibus aliis omnibus faciliorem perſuaſum habeam.

Genera quædam nova feliciter addidit *D. Fab.* quædam autem alia minus utilia forſan judicabuntur. *Antennæ capitatæ capitulo fiſſili*, ab aliis Coleopteris Scarabæos ſufficienter amovent: Trox, Melolontha, Trichius, Cetonia *D. Fab.* Copris *D.*

Geoff. aliaque ad illuſtrationem Entomologiæ an neceſſaria? Characteres *Syſt* Cerambycum, *D. de Geer.* nota ſpecifica aucti, hoc genus facile firmarent; *oculis enim lunaribus circa baſin antennarum poſitis* a Lepturis recedunt. E genere Chryſomelarum, Chryſ. *Elongatæ* ſub genere proprio non injuſte collocarentur; diviſio tamen tertia ſ. Chryſ. *corpore cylindrico* minime rejiciendæ Cryptocephalique nomen non admittendum; *nomina generica ſexquipedalia enunciata difficilia & nauſeoſa ſemper fugienda. Seſquipedalia dicimus verba, quæ plus quam duodecim litteras continent*, de *Cryptocephalis* D. Geoff. exemplum capiens, nomen nihilominus proſcriptum genuſque omnino inutile conſervavit celeb. Entomologus.

Omnia, inquit, *genera ſecundum leges artis & naturæ examinavi;* Acanthias tamen Reduvioſque a Cimicibus, Hepialos a Noctuis ſeparavit, licet horum generum characteres, etiam ab inſtrumentis cibariis ſumti, ad nova conſtituenda hæc genera vix ſufficiant; præterea decem *Linn.* ordinibus *Cimices* lucide explicantur. *Hepiali* veræ ſunt Noctuæ *Elingues*, antennis capita

thoraceque ſimul ſumtis, brevioribus, &c. noſtra opinio *D. de Geer* Entomologia roboratur; ab antennis enim quatuor Cimicum familias, quintam & ſextam a corporis forma notavit, Noctuæque *Elingues Syſt.* Phal. *D. de Geer* antennis filiformibus præcedunt.

Muſcarum genus numeroſiſſimum varii Entomologi in plurima alia diverſe partiti fuerunt, ſed licet *Stratyomis* nota ſpecifica a thoracis ſpinis ſumta, optima, Muſcas tamen *Filatas* in duas familias diſtribuendo, *Filatas* thorace inermi, &c. *Filatas* thorace armato, &c. genus novum ſuperfluum eſſet. *Naturales exiſtere inſectorum claſſes ſuadent ratio, detecta, obſervata, at nondum tempus eas elaborare, cum tyrones ſcientiæ adhuc ſimus.* Claſſes igitur *Syſt.* quarum nomina *optima* conſervandæ *uſquedum plurimis laboribus plurimiſque inventis gradatim ad naturales accedamus. Linnæanam* Entomologiam recentioribus Syſtematibus jure ac merito prætuli; nam *quamdiu Syſtematici quotidie novos generum characteres novoſque conceptus introducunt, tamdiu nunquam genera ſtabiliuntur, nulla ſcientiæ eſt certitudo & brevi tempore ad priſtinam*

barbaritiem redibit Entomologia. Fab. fundam. Entom.

Mutat genera Syſtematicus, nomina trivialia jam diu cognita aliis individuis ſæpius applicat; hac ponderoſa nomenclatura multiplicique ſynonymia laborioſa ſumptuoſaque neceſſario fit Hiſtoria Naturalis; quot enim icones explorandæ, quot libri emendi, ne inſectum cognitum ut novum offeratur? Non fert præterea omnia omnis tellus: quibuſdam regionibus individua prodiga manu largita eſt Natura, aliis parca diſtribuit; varia neceſſario peragranda climata, ut antiquæ reperiantur ſpecies, ut novæ detegantur; Litteratis tamen rariſſime favent Pactolydes Nymphæ.

Inſectorum inquiſitio valde laborioſa: pleraque minimo ſtrepitu ſeſe occultant; larvarum color obſervatorem ſæpe decipit, nonnullæ larvæ in locis fœtidiſſimis, in vegetalium truncis, aliæ in aquis, aliæ in larvis, aliæ in arboribus, aliæ in montibus, aliæ in apricis locis quærendæ; ſed pleraque inſecta nonniſi ſub ſole ardente volitant, tunc difficile capiuntur.

Inſecta Europæa ab aliis Entomologis deſcripta plurimaque nova addidi, ſynony-

miam auxi, ſed unicuique quod ad eum pertinet, attribui. Hæc Entomologiæ *Syſt.* editio deſcriptionibus *Faun. Suec.* locupletatur; opus rarum & neceſſarium. Quæ deſunt deſcriptiones, in Muſæo *Lud. Ulr.* hauſi aut ex aliis deſumſi aut de meo addidi; ſed novæ ſpecies fere ſemper propriis verbis Entomologi apparebunt.

Regionem Europæam a *Linn.* nimis coarctatam dilatavi plurimaque individua Europæ, ſunt reſtituta; ex. gr. Pap. *Fidia*, *Mnemoſyne*, *Belia*, *Eupheno*, *Rumina*; Sphinx *Cafra*; Lucanus *Capreolus*; Scarabæus *Sacer*; Hiſpa *Teſtacea*; Cicindela *Capenſis*; Myrmeleon *Barbarum*, *Libelluloides*, *Formicalynx*, &c. non ſolum ut Europæ, ſed ut Galliæ Auſt. incolæ præſentantur. Noſtri Muſæi inſecta indeſinenter ante oculos fuerunt ſive ad comprobandas ſpecies, ſive ad differentias indicandas: ubi dubium, Entomologos conſului præcipuorumque ex conſenſu ſynonymiam ſæpe emendavi. Experientia doctus, unumquodque volumen duplici indice terminatur: prior relationem Entomologiæ *DD. de Geer*, *Geoffroy Fabriciique* cum *Linnæi* Entomologia offert: nomina trivialia poſterior exerit.

Quo majori ſit hoc opus utilitati, compendio *Philoſophiam Ent.* feci quoſdamque *D. Fab.* canones enunciavi, ne tyrones, vi ſyſtematica rapti, novam methodum faciliorem credant, ne nova genera promptius admittant, ne nomina trivialia infeliciter imponant, ne varietates ſpecierum laude gratis decorantes, ſpecies novas citius offerant. Additiones, deſcriptiones, emendationes novæ *Mantiſſæ* illuſtriſſ. *Fabr.* aut in proprio loco reperientur, aut in appendice *tom.* 4. quidquid igitur ab Entomologis hodie cognitum eſt, Entomologiam *Linnæanam* exornabit.

Inſectum rarius uniuſcujuſque generis & uniuſcujuſque generis diviſionum tabulis expreſſum fuit; generis antennæ inſectum comitantur; eo Entomologiæ ſtudium facilius evadet. Licet diverſæ, ſub eodem nomine, ſpecies in variis operibus non raro deſcribantur, nomen triviale non fuit mutatum, ne ex hac mutatione confuſio oriretur.

Coleoptera Hemipteraque nova enumerando, Entomologorum deſcriptiones in primo volumine non additæ fuerant; ſed cum ſola diagonoſi ſpecies non facile determinantur *D.*que *Fab.* deſcriptiones mox in *Entomologia*, mox in prima *Mantiſ.* mox

in *Speciebus*, mox in *Appendicibus*, mox in secunda *Mantiss.* reperiuntur, desideratæ fuerunt quartumque volumen illustrabunt.

Quæ Galliam habitant insecta, duplici modo indicata sunt littera V. vel *Inf. parif. Ent.*que *parif.* citationibus. Error forsan hic erit frequens; absente enim nota specifica *Linn.* etiam cum descriptiones non desunt, individuorum in his operibus enumeratorum ad divisiones *Syst.* ambagiosa relatio. Eadem prorsus calamitas in Carnioliæ Entomologia, ex. gr. Muscas in M. Nobiles, Plebeias & Muticas divisit clariss. *D. Scop.* Nobiles & Plebeiæ sunt vel plumatæ vel setariæ, differentia a tomento & pilis neglecta fuit. Quædam *Syst.* genera inutiliter laceravit meritissimus Vir, alia etiam creavit *quæ, nescio quid insueti, produnt*, Anthrax, Erax, &c. Entomologorum perpetua hæc vacillatio scientiæ minime profuit. In favorem Entomologiam amore prosequentium insecta *Linn.* incognita, more hujus viri immortalis, ordinare plurimum interesse arbitratus sum; magnum opus tyronibus necessarium inchoavi, perficient Nepotes: si labor utilis, metam laborum assecutus sum.

N. B. Noſtra Gallia Auſtralis a 45° latitudinis, id eſt, circa Lugdunum incipit & ad mare mediterraneum extenditur.

Trivialia nomina, exemplo *DD. de Geer*, *Geoffroy*que, ſæpius plurimis verbis Gallicis in primo volumine enunciata fuerunt, quod, amicorum conſilio, poſtea fere ſemper vitavi. Sic ubicumque legetur, Rufipes, *&c.* Mobilicornis, *&c.* Melanocephala, *&c.* 2 maculata, *&c.* legendum erit, *Rufipede*, *&c.* *Mobilicorne*, *&c.* *Bimaculée*, *&c.*

Licet valde curata fuerit hæc editio, errores fere inevitabiles pleroſque in tab. nomenclativa & in illuſtrationibus correxi, imprimis eos qui ad nomina trivialia pertinent, ſed ſequentes non emendati fuerunt.

Pag. 113, inter lin. 11 & 12, ſuppl. ex *Enum.*

pag. 125, *n.* 20, obſ. *Entomologici*, lege, *Entomologi.*

pag. 190, *n.* 66, inuſus, *le nonchalant*, lege, inciſus, *le ſillonné.*

pag. 357, lin. penult. tarſibus, lege, *tarſis.*

pag. 425, *n.* 4, dentes duæ acutæ, lege, *dentes duo acuti.*

pag. 433, *n.* 4, lin. 11, mantidis *perlæ*, mantidis *puſillæ*, lege, mantis *perlæ*, mantis *puſillæ.*

CLASSIS I.

CLASSIS I.

INSECTA.

In his tam parvis, atque tam nullis,
Quæ ratio! quanta vis!
Quam inextricabilis perfectio!
PLIN. XI. 2.

ANIMALCULA polypoda, *Spiraculis* lateralibus respirantia, *Cute* ossea cataphracta; *Antennis* mobilibus sensoriis capitis instruuntur.

CORPUS horum dividitur in *Caput*, *Truncum*, *Abdomen*, *Artus*.

CAPUT plerisque distinctum, *instruitur* Oculis, Antennis, sæpiusque Ore; *destituitur* Cerebro, Naribus, Auribus.

Oculi plerisque bini, absque palpebris, simplices aut compositi, quibus vident colores.

Antennæ binæ, articulatæ, sensu nobis ignoto, sunt *setaceæ*, *filiformes*, *moniliformes*, *clavatæ*, *capitatæ*, *fissiles*, *pectinatæ*, *barbatæ*, corpore *breviores*, *longiores*, *mediocres*.

Palpi articulati, ori affixi, plerisque quatuor s. sex: articulis 2, 4, 3.

Os plerisque sub capite, quibusdam in pectore; *Rostro*, *Labio*, *Maxillis* transversis, *Dentibus*, *Lingua*, *Palato*; nonnullis os nullum.

Stemmata verticis puncta tria elevata nitida.

TRUNCUS, inter Caput & Abdomen, pedatus, *Thorace* supra *Dorso*, postice *Scutello*, subtus *Pectore Sternoque*.

ABDOMEN, Ventriculo, Inteſtinis, Viſceribuſque fœtum, inciſuris 5, annulatum, *Spiraculis* poroſis lateribus pertuſum, ſupra *Tergo*, ſubtus *Ventre*, poſtice *Ano* terminatum.

ARTUS ſunt *Cauda*, *Pedes*, plurimiſque *Alæ*.

Cauda abdomen terminans, eſt vel ſolitaria ſ. *bicornis*; ſimplex ſ. armata *Forcipe*, *Furca*, *Seta*, *Chela* ſ. *Aculeo* ſimplici ſ. compoſito, lævi ſ. ſerrato.

Pedes Trunci Femoribus, *Tibiis*, Plantæ *Tarſis*, Digitis *Unguibus*; Manus (*Chela*) nonnullis, ſimplex Pollice mobili; Poſteriores pro uſu *curſorii*, *ſaltatorii*, *natatorii*.

Alæ duæ ſ. quatuor, ſunt vel *planæ*, *plicatiles*; *erectæ*, *patentes*, *incumbentes*, *deflexæ* ſ. *reverſæ*, *dentatæ*, *caudatæ*, *reticulatæ*, *maculis*, *faſciis*, *ſtrigis*, *lineis*, *punctis pictæ* ſ. *ſtigmatibus* notatæ, *ocellis* ornatæ, idque vel in *primoribus* vel *ſecundariis*, tam in *pagina ſuperiore*, quam *inferiore*.

Elytra (alæ ſuperiores) cruſtacea bina, ſæpius mobilia, *truncata*, *ſpinoſa*, *ſerrata*, *ſcabra*, *ſtriata*, *porcata*, *ſulcata*, *punctata*, tegentia alas inferiores, *Hemelytra* media quaſi alas inter & elytra.

Halteres ſub alis dipterorum ex petiolo capitati.

SEXUS *Mas* & *Femina* generant Perfecta.

Neutra nonnullis ſocietate fœderatis.

METAMORPHOSIS plurimis triplex, mutanda ſtructura, exutis ovi tunicis, una poſt alteram.

OVUM ſub minima mole veſicaria excluditur.

LARVA (Eruca) ſuccoſa, mollior, major, aptera, ſterilis, tardior, apoda, ſæpe ſæpeque polypoda, vorax alimento proprio.

PUPA (Nympha) ſiccior, coarctata, durior, *nuda* ſ. *folliculata*, ſæpe abſque ore, quæ vel *Pedata* 1, 2, 3, vel *Apoda* 4, 5.

Verboſitas, præſentis ſeculi calamitas artis Inſectorum, ut pauciloquium Vermium.

1. *Completa* omnibus partibus agilis. (Aranea, Acarus, Oniſcus.)

2. *Semicompleta* ſolis alarum rudimentis. (Gryllus, Cicada, Cimex, Libellula, Ephemera.)

3. *Incompleta* alis pedibuſque immobilis. (Apis, Formica, Tipula.)

4. *Obtecta* thorace abdomineque diſtincto corticata: (Lepidoptera) eaque vel nuda, vel folliculata.

5. *Coarctata* intra globum. (Muſca, Œſtrus.)

IMAGO revelata, declarata, perfecta generans, agilis, antennis inſtructa.

Triplex itaque ſtructura & cognitio ejuſdem animalis.

HÆC *Muta*, niſi alio proprio inſtrumento ſonora; *Surda*. ſtridorem ætheris licet percipiant; *Plura* ubique plantarum ſpeciebus, ſed ob patentiorem ſibi regionem in orbe pauciora: *Tropica*, *Arctica* & hodie ignota *Antarctica*; ſingula demum *Minima* annua, exceptis aquaticis, ſed univerſa maximæ molis animantia, effectuque pariter maxima, ſed magis occulto magiſque diſperſo, ideoque minus coërcendo; totidem etenim ſunt Naturæ annui miniſtri, propriis negotiis peragendis præfixi, quot muniis ſufficiant, proportionem inter plantas ſervando, erronea, ſuperflua, mortua, putrida conſumendo, aliis demum, imprimis avibus, in alimentum cedendo.

HABITANT inſecta in iis tantum plantis, e quibus victitant (non in quibus), occurrunt, unde ſæpius nomina *Trivialia* optima, ut ars cum *Politia naturæ* combinetur; aliis alia muneribus præfixa præparant, purgant, deſtruunt neceſſaria.

ENTOMOLOGI præſtantiores figuris, proprietatibus, attributis inclaruere.

Veteres *Mouffetus*, *Aldrovandus*, *Jonſtonus*.

Metamorphoſii *Gœdart*, *Meriana*, *Albinus*, *Friſch*, *Rœſel*, *Wilkes*, *Ammiral*, *Harris*.

Philoſophi *Swammerdam*, *Reaumur*, *De Geer*, *Bonnet*.

Eſp. Iconographi *Clerck*, (*) *Hæſſnagel*, *Bradlæus*, *Robert*, *Petiver*, *Schæffer*.

Deſcriptores *Rajus*, *Fauna ſuecica (edit. 2. Holm. 1761. oct. Muſeum Reginæ. Holm. 1764.)*

Monographi *Liſter*, *Schæffer*, *Clerck*.

Syſtematici *Syſtema naturæ*, *Poda*, *Sultzer*, *Geoffroi*, *Scopoli*, *Gronovius*, *Fabr.*

ORDINES inſectorum ab Alis deſumſi.

- Alæ 4.
  - Superiores
    - cruſtaceæ ſutura recta. *Coleoptera* 1.
    - ſemicruſtaceæ incumbentes. *Hemiptera* 2.
  - Omnes
    - imbricatæ ſquamis. *Lepidoptera* 3.
    - membranaceæ.
      - ano inermi *Neuroptera* 4.
      - ano aculeato *Hymenoptera* 5.
- Alæ 2, Halteres loco poſticarum - - *Diptera* 6.
- Alæ 0 ſ. abſque Alis & Elytris - - *Aptera* 7.

Quæſo ne hæc legentes,
Quoniam in his ſpernunt multa
Etiam relata faſtidio damnent,
Cum in contemplatione naturæ
Nil poſſit videri ſupervacaneum.

PLIN.

(*) Clerckii icones inſectorum, *pulcherrimum opus, quod etiamnum vidit orbis literatus. Acad. Reg. Scient. Holmenſ. hoc ab interitu vindicavit.*

Deſcriptiones *ſpecierum dedi in Fauna ſuecica, Amæn. Acad. & Muſeo Reginæ.*

CHARACTERES INSECTORUM.

I. COLEOPTERA.

* *Antennis clavatis extrorsum incrassatis.*

1 SCARABÆUS	*Antennæ* clava fissili. *Tibiæ* anticæ dentatæ.
2 LUCANUS	*Antennæ* clava compressa: latere latiore fissili.
3 DERMETES	*Antennæ* clava perfoliata. *Caput* inflexum sub thorace vix marginato.
4 HISTER	*Antennæ* clava solida. *Caput* retractile intra thoracem.
5 BYRRHUS	*Antennæ* clava solida, ovata.
6 GYRINUS	*Antennæ* rigidulæ. *Oculi* quatuor.
7 ATTELABUS	. *Caput* postice attenuatum.
8 CURCULIO	*Antennæ* insidentes. *Rostro* corneo.
9 SILPHA	*Thorax* Elytraque marginata.
10 COCCINELLA	*Antennæ* clava obtusa. *Palpi* clava truncata.

* * *Antennis filiformibus.*

11 BRUCHUS	*Antennæ* filiformes, extrorsum crassiores.
12 CASSIDA	*Corpus* ovatum. *Elytra* marginata. *Caput* tectum clypeo.
13 PTINUS	*Thorax* caput recipiens. *Antennæ* articulis ultimis longioribus.
14 CHRYSOMELA	*Corpus* ovatum, immarginatum.
15 HISPA	*Antennæ* porrectæ, approximatæ, fusiformes.
16 MELOE	*Thorax* subrotundus. *Caput* gibbum, inflexum.

Genera Naturalia Auctorum, *metamorphosi demonstranda, vitam Scientiæ largiuntur.*

Genera Falsa Tyronum, *ex lubrico principio deducta totidem fœtidissimis ulceribus artem pulcherrimam commacularunt.*

17 TENEBRIO	*Thorax* marginatus. *Caput* exsertum. Corpus oblongum.
18 LAMPYRIS	*Elytra* flexilia. *Thoracis* clypeus caput obumbrans recipiensque.
19 MORDELLA	*Laminæ* ad basin abdominis. *Caput* inflexum.
20 STAPHYLINUS	*Elytra* dimidiata alas tegentia. *Vesiculæ* 2 supra caudam exerendæ.

*** *Antennis setaceis.*

21 CERAMBYX	*Thorax* lateribus mucronato-callosus.
22 LEPTURA	*Elytra* apice attenuata. *Thorax* teretiusculus.
23 CANTHARIS	*Elytra* flexilia. *Abdomen* lateribus plicato-papillosum.
24 ELATER	*Pectoris* mucro e poro abdominis resiliens.
25 CICINDELA	*Maxillæ* exsertæ, dentatæ. *Oculi* prominuli.
26 BUPRESTIS	*Caput* intra thoracem retractum.
27 DYTISCUS	*Pedes* postici ciliati natatorii.
28 CARABUS	*Thorax* obcordatus, postice truncatus.
29 NECYDALIS	*Elytra* dimidiata : alis nudis.
30 FORFICULA	*Elytra* dimidiata : alis tectis. *Cauda* forcipata.

II. HEMIPTERA.

31 BLATTA	*Os* maxillosum. *Alæ* coriaceæ, planæ. *Pedes* cursorii.
32 MANTIS	*Os* maxillosum. *Pedes* antici serrati : ungue unico.
33 GRYLLUS	*Os* maxillosum. *Pedes* postici saltatorii.
34 FULGORA	*Rostrum* inflexum. *Frons* producta, inanis. *Antennæ* capitatæ.
35 CICADA	*Rostrum* inflexum. *Pedes* postici saltatorii.
36 NOTONECTA	*Rostrum* inflexum. *Pedes* postici natatorii. (ciliati)

37 NEPA	*Rostrum* inflexum. *Pedes* antici cheliferi.
38 CIMEX	*Rostrum* inflexum. *Pedes* cursorii.
39 APHIS	*Rostrum* inflexum. *Abdomen* bicorne.
40 CHERMES	*Rostrum* pectorale. *Pedes* postici saltatorii.
41 COCCUS	*Rostrum* pectorale. *Abdomen* postice setosum maribus.
42 THRIPS	*Rostrum* obsoletum. *Alæ* incumbentes abdomini reflexili.

III. LEPIDOPTERA.

43 PAPILIO	*Antennæ* extrorsum crassiores. *Alæ* erectæ.
44 SPHINX	*Antennæ* medio crassiores.
45 PHALÆNA	*Antennæ* introrsum crassiores.

IV. NEUROPTERA.

46 LIBELLA	*Cauda* forcipata. *Os* multi-maxillosum. *Alæ* extensæ.
47 EPHEMERA	*Cauda* setis 2. s. 3. *Os* edentulum. *Alæ* erectæ.
48 MYRMELEON	*Cauda* forcipata. *Os* bidentatum. *Alæ* deflexæ.
49 PHRYGANEA	*Cauda* simplex. *Os* edentulum. *Alæ* deflexæ.
50 HEMEROBIUS	*Cauda* simplex. *Os* bidentatum. *Alæ* deflexæ.
51 PANORPA	*Cauda* chelata. *Os* rostratum. *Alæ* incumbentes.
52 RAPHIDIA	*Cauda* filo 1. *Os* bidentatum. *Alæ* deflexæ.

V. HYMENOPTERA.

53 CYNIPS	*Aculeus* spiralis !
54 TENTHREDO	*Aculeus* serratus ! bivalvis.

55 SIREX	*Aculeus* ferratus fub *abdominis* fpina terminali.
56 ICHNEUMON	*Aculeus* exfertus ! triplex.
57 SPHEX	*Aculeus* punctorius. *Alæ* planæ. *Os* elingue.
58 CHRYSIS	*Aculeus* punctorius. *Abdomen* fubtus fornicatum.
59 VESPA	*Aculeus* punctorius. *Alæ* fuperiores plicatæ.
60 APIS	*Aculeus* punctorius. *Lingua* inflexa !
61 FORMICA	*Aculeus* obfoletus. *Alæ* neutris nullæ!
62 MUTILLA	*Aculeus* punctorius. *Alæ* neutris nullæ.

VI. DIPTERA.

63 ŒSTRUS	*Os* claufum f. nullum.
64 TIPULA	*Os* labiis lateralibus. *Palpi* quatuor.
65 MUSCA	*Os* probofcide edentulum.
66 TABANUS	*Os* probofcide dentibufque conniventibus.
67 CULEX	*Os* roftro nutante fiphoniformi. *Stemmata* o.
68 EMPIS	*Os* roftro inflexo.
69 CONOPS	*Os* roftro porrecto geniculato.
70 ASILUS	*Os* roftro porrecto fubulato.
71 BOMBYLIUS	*Os* roftro porrecto fetaceo.
72 HIPPOBOSCA	*Os* roftro fubnutante breviffimo. *Stemmata* o.

VII. APTERA.

* *Pedibus fex ; Capite a Thorace difcreto,*

73 LEPISMA	*Cauda* fetis exfertis.
74 PODURA	*Cauda* bifurca inflexa faltatrix.
75 TERMES	*Os* maxillis duabus.
76 PEDICULUS	*Os* aculeo exferendo.
77 PULEX	*Os* roftro inflexo cum aculeo. *Pedes* faltatorii.

** *Pedibus* 8-14, *Capite Thoraceque unitis.*

78 ACARUS	Oculi 2.	Pedes 8.	Palpi.
79 PHALANGIUM	Oculi 4.	Pedes 8.	Palpi chelati.
80 ARANEA	Oculi 8.	Pedes 8.	Palpi clavati.
81 SCORPIO	Oculi 8.	Pedes 8.	Palpi chelati.
82 CANCER	Oculi 2.	Pedes 10:	primo chelato.
83 MONOCULUS	Oculi 2.	Pedes 12:	decem chelatis.
84 ONISCUS	Oculi 2.	Pedes 14.	

*** *Pedibus pluribus. Capite a Thorace diſcreto.*

85 SCOLOPENDRA	*Corpus* lineare.
86 JULUS	*Corpus* ſubcylindricum.

In nova fert animus mutatas dicere formas
corpora.

FAMILIA PRIMA.

COLEOPTERA.

ELYTRA ALAS TEGENTIA.

GENUS PRIMUM.

SCARABÆI.

ANTENNÆ CLAVATÆ CAPITULO FISSILI.

TIBIÆ ANTICÆ SÆPIUS DENTATÆ.

* *Thoracæ cornuto. t.* 1. *f.* 1.

Typhœus. 1. Sc. ſcut. (phalangiſte.) thorace tricorni: intermedio minore, lateralibus porrectis longitudine capitis, capite mutico. *Muſ. Lud. Ulr.* 8. * *Gron. zooph.* 423.
Mouff. inſ. 152. *f.* 2. Tauroceros.
Raj. inſ. 103. Scarabæus ovinus 2.
Friſch. inſ. 4. *t.* 8.
Geoff. le phalangiſte.
Schæff. icon. t. 26. *f.* 4. ♂
t. 5. *f.* 1. ♀
De Geer. inſ. 4.
Voet. ſcar. t. 19. *f.* 124. 125.
Fab. 10.
Petiv. gazoph. t. 23. *f.* 3.
Hab. in Anglia, Hiſpania. *Osbeck.* in Galliа Geoff. V. Variat colore & cornuum longitudine.

Obſ. larva in fimo vaccino, frequens circa Lugdunum.

Corpus *magnitudine S. ſtercorarii, atrum.* Caput *anguſtum, muticum, depreſſum, lateribus villoſum.* Antennæ *capitulo ſubgriſeo.* Thorax *glaber Spinis tribus: lateralibus porrectis, acutis, longitudine capitis; intermedia breviore, erectiore.* Elytra *ſtriata.* Sexus *alter loco ſpinarum gerit tantum rudimenta truncata.* Tibiæ *admodum piloſæ.*

Lunaris. 2. Sc. exſcut. (le lunaire) thorace bicorni: intermedio obtuſo bifido, capitis cornu erecto; clypeo emarginato.

* *Scop. carn.* 22. *Gron. zooph.* 453. *

Faun. ſuec. 1. *p.* 341. Scarabæus thorace ſubmutico, capite lunato: corniculo emarginato.

Pet. gaz. t. 83. *f.* 4.

Friſch. inſ. 4. *t.* 7.

Rœſ. inſ. 2. *ſcar.* 1. *t. B. f.* 2.

Poda gr. p. 18. *ſp.* 3.

Enum. 1.

Müller. lin. naturſ. cl. V. p. 56.

Geoff. copriſ. 1.

De Geer. le lunaire.

Voet. ſcar. t. 25. *f.* 24. 25. *t.* 26. *f.* 26.

Schæff. icon. t. 63. *f.* 2. 3. ♂ ♀

Hab. in Europa. In Galliæ ſtercoratis.

Sexus varietas Thorace retuſo lævi abſque corniculis thoracinis, quare difficilius primum dignoſcitur. Omnibus Thorax linea exaratus. Clypeus lunaris, emarginatus tantum.

Deſc. facies ſcarabæi ſtercorarii: *caput* tegitur clypeo lunato, magno, margine elevato, antice emarginato, in cujus medio *corniculum* breve emarginatum.

Thorax gibbus, lævis, in medio margine acuto prominulo, longitudinaliter linea exaratur; elytra lævia, ſingula 7. ſ. 8, ſulcis minus profundis. (*Faun.* 379.)
Obſ. variat raro colore Caſtaneo V.

Cylindricus. 3. Sc. ſcut. (le cylindrique) tab. 1. f. 1, thorace antice truncato quinquedentato, capite antice cornu erecto, corpore cylindrico. *
De Geer. ſcar.
Fab. 29.
Voet. ſcar. t. 20. *f.* 131.
Schæff. icon. t. 201. *f.* 1. 2. *an*?
Hab. in Europa. In montibus Cebennis ſub cortice Fagi V.
Deſc. niger. parvus cylindricus: cornu ex apice roſtri erectum, antice glabrum, pone villis fulvis hirtum. *Thorax* cylindricus, craſſus, ſupra glaber, antice excavato-truncatus, margine quinquedentato, quorum dens intermedius utrinque cavitate diſtinctus. *Scutellum* minutum. *Elytra* ſulcata punctis excavatis ſcabra. *Faun.* 380.
Obſ. cornu fœminæ brevius V.

Mobilicornis. 4. Sc. ſcut. (à corne mobile) thorace quadri-dentato, capitis cornu recurvo mobili. *Fab.* 38.
Hab. Herfordiæ Anglorum: prope Lugdunum, lectus in arenoſis V.
Deſc. elytra-ſtriato-punctata. Scar. typhæo triplo minor V.

** *Thorace inermi, capite cornuto. t.* 1. *f.* 2.

Naſicornis. 5. Sc. ſcut. (le nazicorne) thorace prominentia triplici, capitis cornu incurvato, antennis heptaphyllis. *Scop. carn.* 14.

Mouff. inf. 53.
Imperat. nat. 924. *f.* 1. 2. & 125. *f.* 3. 4.
Hœffn. pict. t. 13. *f. antepenult.*
Olear. muf. 27. *t.* 16. *f.* 4.
Jacob. muf. 1. *S.* 5.
Jonft. inf. t. 15. *f.* 2.
Swammerd. bibl. t. 27. *f.* 1. 2.
Ræf. inf. 2. *fcar.* 1. *t.* 7. *f.* 8. 10.
De Geer. 1.
Geoff. 1.
Fab. 33.
Enum. 2.
Drury. t. 34. *f.* 7. 8.
Voet. t. 18. *f.* 120. 121.
Hab. in Europæ vaporariis. In Gallia.
Fœmina thorace rotundato, vix retufo; minime cornuto.
Defc. fimillimus fcar. monoceroti, fed abfque thoracis concavitate longitudinali. Pedum anteriorum dentes obtufi, excepto primo. *Faun.* 378.
Obf. Feminæ cornu deeft, fed ejus loco gibbus cum denticulo in apice; defunt quoque thoracis tubercula; adeft eorum loco ruga elevata tranfverfa. *Schrank* antennis 3-phyllis. *De Geer.*

Sacer. 6. Sc. exfc. (le facré) clypeo fexdentato, thorace inermi crenulato, tibiis pofticis ciliatis, vertice fubbidentato. *Muf. Lud. Ulr.* 13. * *Amœn. acad.* 6. *t.* 3. *f.* 170.
Osbeck. iter. 51. Scarabæus lævis, thorace inermi, capite antice fexdentato.
Læfl. it. 20. Scarabæus pilularius niger, clypeo antice ferrato, elytris nebulofe maculatis fubmollibus planiufculis.
De Geer. inf. 7. 36.
Voet. fcar. t. 27. *f.* 39. 40.
Petiv. gazop. t. 42.
Sulz. hift. inf. t. 1. *f.* 3.

Fab. 139.

Hab. in Ægypto, Mauritania, Italia, Hispania, in Gallia Auſtrali paulo minor. V.

Cornuum rudimenta in mare. Thoracis latera margine obſolete crenulata & ciliata. Femora poſtica ſæpius dente obtuſo notata. Iter oculos puncta 2 prominula.

Hic in columnis antiquis Romæ exſculptus ab Ægyptiis.

Hiſpanus. 7. Sc. exſc. (l'Eſpagnol) thorace mutico, clypeo cornuto emarginato, elytris ſtriatis, femoribus ſecundis remotiſſimis. *Muſ. Lud. Ulr.* 17. *

Pet. gaz. 13 *t.* 8. *f.* 4. Rhinoceros luſitanicus niger ſplendens, vaginis ſtriatis.

Ræſ. inſ. ſcar. 1. *t. B. f.* 2?

Fab. 130.

Hab. in Hiſpania, Luſitania, Barbaria, in Gallia Auſtrali. V.

Simillimus S. lunari, ſed major; Thorax tranſverſe retuſus abſque ſinubus, nec linea exaratus. Clypei emarginatura convenit, qua ambo differunt a S. Moloſſo.

Granarius. 8. S. ſcut. (des grains) niger, thorace inermi: clypeo tuberculato, elytris ſubſtriatis margine poſtico teſtaceis.

Fab. 70.

Hab. in Europa. In Gallia V.

Deſc. magnitudino ſeminis tritici. Clypeus tuberculo ſolitario.

Obſ. 1. *Elytra* interdum ultra dimidium teſtacea F.

Obſ. 2. Scar. hæmorrhoidalis varietas, teſte F. Sed rite?

Magnitudo Seminis Tritici. Clypeus tuberculo ſolitario.

Nuchicornis. 9. S. exſc. (à nuque épineuſe) thorace

inermi rotundato occipite ſpina erecta armato. *

It. gotl. 41. Scarabæus capite thoraceque atro opaco, elytris cinereis nigro nebuloſis.

Raj. inſ. 108. *n.* 12.

Schæff. 1758. *t.* 3. *f.* 9 - - 15.

Rœſ. inſ. ſcar. t. A. f. 4.

Gron. zooph. 454.

De Geer. 9.

Geoff. le petit bouſier noir cornu.

Poda gr. p. 18. *ſp.* 2.

Fab. 132.

Enum. 3.

Schæff. icon. t. 96. *f.* 1.-*t.* 33.-*f.* 45. *t.* 96. *f.* 1.

Hab. in Europa. Ubique in Gallia in Stercoribus V.

Fœmina tantum a tergo cornuta, mas muticus.

Deſc. ſimillimus ſcar. bovino, ſed elytra ſubferruginea punctis nigris irrorata. *Scutellum* nullum. *Faun.* 381.

Obſ. Thorax & caput ſemper nigro ænea, punctis impreſſis copioſis ad lentem conſperſa. *Schrank.*

Vacca. 10. Sc. exſc. (la vache) thorace inermi, retuſo occipite ſpina gemina erecta.

Fab. 126.

Schæff. inſ. t. 73. *f.* 4. 5. ♂ ♀

Schroet. miſcell. 1. *t.* 3. *f.* 5.

Hab. in Gallia Auſtrali *D. Gouan* prope Nemauſum V.

Simillimus S. nuchicorni Thorace æneo, Elytris fuſcis : atomis fuſcis ; ſed differt Thorace *antice retuſo : medio prominulo ſubemarginato ; Capitis occipite non* ſpina *unica longa, ſed* 2 *brevibus, erectis, nonnihil diſtantibus.*

Taurus. 11. S. exſc. (le Taureau) thorace inermi occipite cornibus binis reclinatis.

Scop. carn. 25. Scarabæus illyricus.
Schæff. ſcar. 1758. *t.* 3. *f.* 7. 8.
Schreber inſ. 1. *f.* 6. 6. 7. Scarabæus *Taurus* capite cornibus duobus lunatis lateralibus.
Schæff. icon. 73. *f.* 2. 3.
Ovinus raj. inſ. 103. 2.
Geoff. le bouſier à cornes retrouſſées.
Voet. ſcar. t. 24. *f.* 16.
Fab. 125.
Sultz. hiſt. inſ. t. 1. *f.* 3.
Hab. in Germania *Schæff. Schreber.* In Gallia Auſtrali *Gouan.* & alibi.
Simillimus S. nuchicorni, ſed Spinæ ſ. Cornua *filiformia, diſtantia, arcuata, thoraci fere incumbentia.*

Biſon. 12. S. exſc. (le Biſon) *t.* 1. *fig.* 2. thorace antice mucronato, vertice capitis cornibus binis lunaribus.

Fab. 115.
Hab. in Gallia Auſtrali *D. Gouan.* In Hiſpania. Prope Lugdunum V.
Corpus *atrum, S. ſtercorario minus.* Caput *ſemi-ovale, margine levato faſciolaque elevata, cui incident cornua 2 diſtantia, incurva, erectiuſcula, capite longiora.* Thorax *lævis, anticis valde retuſus, ſupra antrorſum exiens in mucronem obtuſiuſculum, longitudine capitis, ad ſcutelli locum in thorace puncta 2 impreſſa.* Elytra *ſtriata, fere breviora* Abdomine, *ſubtus ferrugineo-pubeſcente.* Antennæ *clava ferruginea*
Obſ. Thorax poſtice punctis duobus impreſſis : Fœminæ thoracis margine antico carinato, elevato, mucroneque capitis parvo diſtincto F.

Subterraneus,

Subterraneus. 13. S. exſc. (le ſouterrein) thorace inermi glabro, capite tuberculis tribus, elytris ſtriis crenatis. *

Gadd. ſatag. 76. Scarabæus niger, capitis clypeo lunato tribus tuberculis notato.

Sultz. inſ. t. 1. *f.* 2.

De Geer. 12.

Enum. 7. inter muticos.

Fab. 58.

Müll. Lin. Naturſ. cl. V. p. 66.

Hab. in Europa. In fimetis Galliæ frequens V.

Deſc. parvus, niger; clypeus obtuſiſſimus. *Thorax* punctis rarioribus adſperſus. *Elytra* ſtriata ſtriis ſingularibus excavato-punctatis. *Faun.* 382.

Obſ. affinis ſcar. foſſori, at multo minor F.

Erraticus. 14. S. ſcut. (l'Errant) thorace inermi lævi, capite tuberculo unico, elytris teſtaceis. *

De Geer. 15.

Fab. 66.

Schæff. icon. t. 26. *f.* 9.

Hab. in Europa, forte & in India. In Galliæ viis V.

Deſc. Thorax convexus, lævis, uti totum corpus nigrum elytra teſtacea. *Faun.* 383.

Foſſor. 15. S. ſcut. (le Foſſoyeur) thorace inermi ſubretuſo, capite tuberculis tribus : medio ſubcornuto. *

De Geer. 8.

Geoff. la tête armée.

Voet. ſcar. t. 21. *f.* 141.

Fab. 59.

Hab. in Europæ collibus. In Gallia.

Schæff. icon. 144. n°. 7. an ?

Deſc. Corpus odore moſchi, totum atrum, glabrum, læve, nitidum. *Elytra* oblonga, concolorata, ſtriata, ſed vix conſpicua.

Antennæ lamellatæ. *Alæ* fuſcæ. *Thorax* valde convexus. *Faun.* 384.

Obſ. in capite tria tubercula tranſverſe poſita.

Fimetarius. 16. S. ſcut. (des fumiers) thorace inermi, capite tuberculato, elytris rubris, corpore nigro. *Scop. carn.* 20. 21.

Faun. ſuec. 1. *p.* 355. Scarabæus capite thoraceque nigro, antennis elytriſque rubris.

Schæff. 1758. *t.* 3. *f.* 17. 18. 19.

Friſch. inſ. 4. *t.* 19. *f.* 3.

Rœſ. inſ. 2. *ſcarab. t. A. f.* 3.

β. Scarabæus capite thoraceque nigro glabro, elytris griſeis, pedibus pallidis. *It. œl.* 41.

Uddm. diſſ. n. 2.

Schæff. t. 144. *f.* 68.

Geoff. 18.

De Geer. 10.

Fab. 64.

Enum. 4.

Voet. ſcar. t. 21 *f.* 147.

Müll. Lin. Naturſ. cl. V. p. 67.

Hab. in Europæ ſtercoratis. In Gallia.

Deſc. Caput nigrum, clypeatum, ſubrotundum. *Thorax* niger marginatus, lateribus pallidis. *Elytra* griſea aut rubra ſtriis ſingula notata. *Pedes* griſeo-pallidi. *Faun.* 389.

Obſ. 1. Variat magnitudine & colore.

Obſ. 2. n°. 11. De Geer. non ſynonimus, ut larvis apparet V.

Obſ. 3. Sexus alter tuberculis caret.

Hæmorrhoidalis. 17. S. ſcut. (l'hémorrhoïdal) thorace inermi, capite tuberculato, elytris apice rubris.

Faun. ſuec. 1. *p.* 358. Scarabæus ater, elytris poſtice ferrugineis, pedibus rufis.

De Geer. 17.
Enum. 8.
Hab. in Europæ fungis & putridis. In Gallia A. V.
Desc. magnitudine seminis milii ; *totus* ater , lævis. *Elytra* striis excavatis postice versus marginem rufescentia. *Pedes* & *Femora* obscure rufa. *Faun.* 386.
Obs. 1. Tuberculis capitis vix visibilibus.
Obs. 2. An scar. Granarii varietas , ut putat D. Fabr. an species distincta ? V.

Conspurcatus. 18. S. scut. (le barbouillé) thorace inermi, marginibus lateralibus albidis , capite tuberculato , elytris lividis nigro maculatis. *
De Geer. 13.
Enum. 5.
Geoff. Scarabé gris de bouses.
Fab. 67.
Schæff. icon. t. 26. *f.* 8.
Voet. scar. t. 21. *f.* 144.
Raj. inf. 108.
Hab. in Europæ stercorariis primo vere. In Gallia.
Desc. parvus , niger S. fuscus. *Elytra* lurida S. glauca punctis 2. 5. 6. 7. oblongiusculis. Thoracis latera pallida. *Faun.* 387.
Ex spec. D. F.

Silenus. 19. S. sc. (Silene) thorace inermi , capitis cornu recurvo , elytris lævissimis, *t.* 1. *f.* 3.
Voet. scar. t. 18. *f.* 119.
Forsk. cent. 1. 1. 1.
Hab. in Gallo-provincia. In Gallia A. V.
Obs. 1. Affinitas S. nasicornis at duplo minor.

Obſ. 2. Feminæ cornu brevius V.

Scybalarius. 20. S. ſcut. (la tache marginale) thorace inermi, capite tuberculis tribus, intermedio acuto, elytris ſtriatis teſtaceis.
Hab. in Germania. *Muſ. D. Banks.*
Obſ. Minor ſcar. foſſore.

Terreſtris. 21. S. ſcut. (terreſtre) thorace inermi capite tuberculis tribus elytris ſtriatis.
Hab. in Anglia. *Muſ. D. Banks.* In Gallia V.

Teſtaceus. 22. S. ſcut. (teſtacée) capite tuberculato elytris punćto ſtriatis.
Hab. in Angliæ ſtercorariis. *D. Lee.* In Gallia V.

Bicolor. 23. S. ſcut. (à tubercule recourbé) thorace ſubinermi capite tuberculo unico, elytris nigris, abdomine rufo.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Sordidus. 24. S. ſcut. (à corcelet bordé) capite tuberculato, thorace nigro margine pallido punćto nigro elytris griſeis.
Hab. in Angliæ ſtercore.

Luridus. 25. S. ſcut. (gris ſtrié de noir) capite tuberculato elytris griſeis nigro ſtriatis.
Hab. in Anglia. *Muſ. D. Banks.*

Vitulus. 26. S. exſc. (le veau) thorace quadri-dentato, occipite cornubus duobus erećtis brevibus, corpore atro.
Hab. in Auſtria. *D. Schultz.*

Verticicornis. 27. S. exſc. (à corne très-courte) thorace inermi griſeo nigro punćtato, capitis cornu breviſſimo.

Hab. in Anglia *Muf. D. Tunftall.* In Gallia V.

Obf. Maculis nigris tranfverfe pofitis in fingulo elytro V.

Lemur. 28. S. exfc. (à quatre petites dents au corcelet) quadri-dentato cupreo, clypeo poftice tranfverfe carinato, elytris teftaceis.

Hab. Lipfiæ. *D. Leske.* In Gallia V.

Ex opere D. de Geer.

Ater. 29. S. fcut. (noir) Niger, toto corpore abbreviato, capite tuberculis tribus, elytris læviter ftriatis.

Hab. in Europa. In Gallia V.

Ex noft. muf.

Maculatus. 30. S. fcut. (tacheté) thorace 4. tuberculato capite tranfverfe armato.

Hab. in Gallia A.

Defc. Lutefcens, admodum convexus, elytris maculis 5. nigrefcentibus, tibiis antiris 4. dentatis.

*** Mutici capite & thorace inermi.

Laticollis. 31. S. exfc. (le hottentot) muticus niger, clypeo fexdentato, elytris fulcatis.

Geoff. Copris 2.

Fab. 140.

Voet. fcar. t. 27. *f.* 141.

Schæff. icon. 201. *f.* 3.

Sulz. hift. inf. t. 1. *f.* 6.

Hab. in China. In Gallia.

Corpus *S. facro fimillimum, fed* ½ *minus.* Clypeus *fexdentatus abfque cornu rudimento.* Oculi *dimidii fupra & dimidii infra clypeum.* Thorax *fuborbiculatus, valde convexus, lævis, coleoptris latior.* Elytra *fulcis feptem.*

Pilularius. 32. S. exsc. (le pillulaire) muticus niger opacus lævis, subtus æneus, thorace postico rotundato. *M. L. U.* 19. *
Arist. lib. 5. *c.* 18.
Plin. nat. 11. 34. Pilularius.
Raj. inf. 105. *n.* 1.
Catesb. car. 3. *t.* 11. F. sinistra.
De Geer. scar. exotique 7.
Drury. inf. 4. *t.* 18. *f.* 14.
Fab. 149.
Schæff. icon. t. 3. *f.* 7.
Hab. in Italia, Hispania. In Gallia A. V. *occupatus quotidie Sisysyphi instar volvit globum e stercore imprimis humano confectum, se sæpius septies majorem, alter alterumve juvat. Vide Læfl. it.* 20.
Corpus *magnitudine & statura S. stercorarii s. S. vernalis : supra atrum, opacum; subtus æneum.* Elytra *minime striata aut punctata.* Clypeus *capitis ovatus, maxillis brevior.*

Schæfferi. 33. S. exsc. (le schefférien) muticus, thorace rotundato, clypeo emarginato, elytris triangulis, femoribus posticis elongatis dentatis. *Schæff. inf.* 1758. *t.* 3. *f.* 20.
Scop. carn. 84. Scarabæus longipes.
Geoff. Copris 9.
Fab. 143.
Voet. scar. t. 25. *f.* 17.
Schæff. icon. t. 3. *f.* 8.
Hab. in Germania. *Schæfferus.* In Gallia.
Corpus *magnitudine S. horticolæ, nigrum.* Capitis clypeus *rotundatus, emarginatus.* Thorax *convexus.* Elytra *brevia, postice coarctata gibbaque, unde abdomen quasi in fauce inter elytra & pedes.* Pedes *postici admodum longi : Femoribus subtus basi posticeque dente; Tibiis curvatis.*

Stercorarius. 34. S. ſcut. (ſtercoraire) muticus ater glaber, elytris ſulcatis, capite rhombeo : vertice prominulo. *

Mouff. inſ. 151. Scarabæus ſtercorarius.
Liſt. mut. 17. *f.* 4.
loqu. 380. *n.* 4.
Friſch. inſ. 4. *t.* 13. *f.* 6.
Raj. inſ. 90. *n.* 7. & 74. *n.* 1.
Baub. ballon. 212. *f. ultim.*
De Geer. 4.
Geoff. Le grand pillulaire.
Fab. 74.
Enum. 23.
Voet. ſcar. t. 20. *f.* 134.
Schæff. icon. t. 23. *f.* 1.
Poda gr. p. 16.
Scop. 26.
Hab. in Europa. In Gallia.

Deſc. Niger eſt a tergo & glaber : Subtus ad femora villoſus.

Caput clypeo munitum Rhomboide obtuſo medio elevato, ac ſi eſſet ſquama. *Antennæ* clavatæ, capitulo trifolio, caule rubicundo, bulbo S. infimo articulo piloſo. *Thorax* lævis non punctatus, in medio verſus poſteriora excavatus. *Elytra* atra ſtriis plurimis; *Subtus* eſt totum animalculum atro-cœruleſcens : in femorum primorum antica parte macula magna ferruginea, villoſa. *Os* duobus maxillis, adſperſis hirſutie ferruginea. *Faun.* 388.

Perforat terram aridam ſub ſtercore. Aratro obnoxius. Sub vespere volitans frequenſque veſpertino indicat proximum ſerenum fore diem. Varietas nobis ferruginea. V.

Vernalis. 35. S. ſcut. (le printannier) muticus, elytris glabris læviſſimis, capitis clypeo rhombeo : vertice prominulo.

Degeer. 5.

Geoff. Le petit pillulaire.
Fab. 75.
Scop. 7.
Enum. 24.
Poda gr. p. 19.
Schæff. icon. t. 23. *f.* 1. *an.?*
Sulz. hist. inf. t. 1. *f.* 6.
Voet. scar. t. 20. *f.* 135.
Hab. in Europa : In Gallia. Trahit stercora ovium ad foramina uti præcedens.
Desc. Differt a præcedente 1°. magnitudine qua priori cedit. 2°. Elytris non sulcatis. 3°. Colore cyaneo S. cœruleo nitido. 4°. Tempore solo vernali. 5°. Antennis totaliter nigris, nec femoribus macula ferruginea. *Faun.* 389.
Obs. Moschum olet.

Schreberi. 36. S. exsc. (le schrébérien) muticus ater glaber, elytris maculis duabus femoribusque rubris.
Geoff. Le bousier à points rouges. *Copris* 7.
Schæff. icon. t. 73. *f.* 6.
Voet. scar. t. 28. *f.* 49.
Fab. 151.
Hab. in Germania, Gallia.
Corpus *fere S. nuchicornis.* Capitis *clypeus integer ruga transversa.* Thorax *gibbus & fere retusus.* Elytra *vix thorace longiora : macula purpurascente ad basin, aliaque ad apicem majore.* Femora *rubra.*

Ovatus. 37. S. exsc. (l'œuf) muticus niger, clypeo emarginato, thorace subæneo, elytris abbreviatis.
Fab. 148.
Hab. in Stercore bovino Germaniæ *D. Schreb.* In Gallia.
Simillimus S. nuchicorni, sed magnitudine tantum oryzæ.

Sabulosus. 38. Sc. scut. (le perlé) muticus niger opacus tuberculis rugosis, antennis basi pilosis. *
Scop. carn. 23. Scarabæus rugosus.
Fab. trox. 1.
Geoff. 11.
De Geer. 14.
Enum. 26.
Poda gr. p. 20.
Hab. in Europæ terra sabulosa. In Gallia.
Desc. Simillimus silphæ opacæ : niger & rugosus, ut primo intuitu silpham diceret, sed *os*, *antennæ* & *pedes* scarabæi. Faun. 290.
Obs. Caput intra thoracem totum ac si nullum haberet, fere uti buprestes. Scop.

Stictìcus. 39. S. scut. (le drap mortuaire) muticus niger glaber punctis albis sparsis, abdomine subtus punctis quaternis albis.
Fab. Cetonia 41.
Geoff. 14.
Scop. 7. Funestus.
Enum. 20.
Poda gr. p. 20.
Hab. in Barbaria. Brander. In Galliæ carduis.
Corpus *nigrum*, *supra glabrum*. Caput *obtusum*. Pectus *pubescens*. Elytra, *podex ultra elytra & thorax adspersa punctis albis copiosis*, *uti* Abdominis *segmenta subtus in singulis*. *Affinis Sc. hirtello sed supra lævis.*
Obs. Variat punctis albis subtus per ordinem dispositis & abdomine sine punctis intermediis.

Fullo. 40. S. scut. (le foulon) muticus, antennis heptaphyllis, corpore nigro, pilis albis, scutello macula duplici alba.

* *Scop. carn.* 12.
Mouff. inf. 160. *f.* 4.
Hoffn. pict. t. 7.
Raj. inf. 93. *n.* 9.
Frisch. inf. 11. *t.* 1. *f.* 1.
E. N. C. dec. 2. *ann.* 6. *obf.* 239.
De Geer. 19.
Geoff. 2.
Fab. Melol. 1.
Rœf. inf. 4. *t.* 30.
Enum. 9.
Voet. fcar. t. 6. *f.* 48. 49.
Schæff. icon. t. 23. *f.* 2.
Petiv. gazoph. t. 138. *f.* 1.
Hab. in Europæ, Galliæ & Barbariæ dunis arenofis, victitans elymo arundineque arenariis, quercu.
Corpus *nigrum adfperfum pilis albis, fubtus hirfutum.* Capitis *clypeus obtufiffimus.* Thorax *linea alba longitudinali.* Scutellum *maculis* 2, *ovatis, albis, paribus.* Abdominis *incifuræ utrinque macula alba.* Cauda *acutiufcula.* Antennæ *lamellis* 7, *æqualibus, longioribus quam in reliquis.*
Obf. 1. Variat. rugulis, fufcis; rubris, F. nigris V.
Obf. 2. Irritatus ftridet, attritu abdominis ad elytra, vefperi volitat.

Agricola. 41. S. fcut. (l'arlequin velu) muticus, thorace villofo, elytris lividis limbo fafciaque arcuata nigris.
Scop. carn. 6. Scarabæus cyatiger.
Pod. inf. 21. Scarabæus agricola.
Fab. Melol. 44.
Schæff. icon. t. 63. *f.* 1. & non *t.* 64. *var. t.* 23. *f.* 8.

Scarabæorum *hirfutorum larvæ fub radicibus plantarum degunt & eafdem confumunt; at declaratæ foliis Arborum pafcuntur.*

Voet. ſcar. t. 8. *f.* 67.
Enum. 17.
Geoff. 17.
Hab. in Europa Auſtrali. *D. Aſcanius.* In Gallia.
Statura *S. horticolæ, ſed minor, niger, villoſus.* Caput Toraxque *fuſca ænea, albo villoſa.* Elytra *glabra, livida, macula ſcutellari ambitu nigro; ſaſcia in medio recurvata nigra, quæ non tangit nigredinem lateralem.* Ungues *purpurei. Capitis labium adſcendens.*
Obſ. 1. Deſcriptio Linnæi convenit n. 1 . D. *Geoff.* Inde agricola & l'*arlequin velu.* Synonimi V.
Obſ. 2. Variat maculis elytrorum magis aut minus obſcuris. V.

Horticola. 42. Sc. ſcut. (le jardinier) muticus, capite thoraceque cæruleo ſubpiloſo, elytris griſeis, pedibus nigris.
It. ſcan. II . 321. Scarabæus friſius.
Raj. inſ. 380. *n.* 3.
Friſch. inſ. 4. *t.* 14.
Liſt. app. 8. *n.* 3.
Pet. gaz. t. 22. *f.* 9.
Geoff. Le petit hanneton à corcelet vert.
Schæff. icon. t. 53. *f.* 4.
De Geer. 24.
Fab. Melol. 41.
Scop. S. Adiaphorus.
Müll. Lin. Nat. cl. IV. *part.* 1. *p.* 80.
Enum. 18.
Poda gr. p. 20.
Hab. in Europæ hortis, pomonam devaſtat, intacta pyro communi.
Deſc. Antennarum caulis ferrugineus eſt. *Faun.* 391.
Obſ. 1. Variat capitulo antennarum toto rufo & corpore magis oblongo V.

Obſ. 2. Tibiæ anticæ bidentatæ nec non unidentatæ, uti poſuit. *Scopoli. Enum.*

Melolontha. 43. Sc. ſcut. (le hanneton) muticus teſtaceus, thorace villoſo, cauda inflexa, inciſuris abdominis albis.

* *Scop. carn.* 16.
Mouff. lat. 150. *f.* 2.
Aldr. inſ. 454. *t. ſuper. f.* 2.
Hoffn. inſ. t. 1. *f.* 11.
Gœd. inſ. 1. *t.* 78.
Merian. Europ. 1. *p.* 2. *f.* 4.
Raj. inſ. 104. *n.* 1.
Pet. gaz. t. 9. *f.* 2.
Alb. inſ. 60.
Rœſ. inſ. 2. *ſcarab.* 1. *t.* 1.
Leuwenh. epiſt. 1. *p.* 18.
Sulz. inſ. t. 1. *f.* 4.
Schæff. elem. t. 8. *f.* 3. & *t.* 109. *f.* 4.
Fab. 43. *Melolont.* vulgaris.
Geoff. 3.
De Geer. 10.
Schæff. icon. t. 93. *f.* 12.
— *t.* 109. *f.* 4.
Enum. 11.
Voet. ſcap. t. 6. *f.* 45. 46.
Hab. in Europa, Gallia.

Deſc. Inter majores hic ſcar. cui caput, thorax, & elytra teſtacei coloris ſunt. *Thorax* villoſus; *elytra* ſingula 4 ſtriis elevatis glabriuſculis. Anus acuminatus deorſum flexus. *Abdomen* fuſcum ad latera ſubtus macula acuta, in ſingula inciſura alba. *Oris* labium obtuſum. *Faun.* 382.

Veſperi circumvolitans. Exedunt radices ſegetis Larvæ; Scarabæi folia arborum, Fagi, aliarumque. Meleagridibus gratus cibus & veſpertilionibus.

Antennæ lamellis 6, *ſ.* 7, *reliquis* 3.

Obs. in Copula ano feminæ mas pendet. F.

Solstitialis, 44. Sc. scut. (le solstitiel) muticus testaceus, thorace villoso, elytris luteo pallidis: lineis tribus albis parallelis. *
Mouff. inf. 160. *f.* 3.
Pet. gaz. t. 22. *f.* 9.
Raj. inf. 380. *n.* 2.
Scop. 3.
List. mut. 18. *f.* 17.
Frisch. inf. 9. *t.* 15. *f.* 3.
De Geer. 21.
Geoff. 7. Le petit hanneton d'automne.
Fab. Melolont. 7.
Poda gr. p. 21.
Enum. 12.
Voet. scar. t. 6. *f.* 41. 52.
Schæff. icon. t. 93. *f.* 3.
—— *t.* 23. *f.* 7?
Hab. in Europa, Gallia. Volitat vesperi imprimis.
Desc. Totus testaceus, *oculi* nigri, *antennæ* lamellatæ: *pectus* & *abdomen* hirsuta. *Elytra* pallidiora, glabriora, lineis albis tribus longitudinalibus, quæ in mortuo sæpe disparent.
Faun. 393.
Obs. 1. Variat colore viridi & cæruleo, teste *D. Geoff.* non vidi.
Obs. 2. Cum scar. Frischii ne confundas.

Hemipterus. 45. Sc. scut. (la tarriere) muticus, thorace tomentoso rugis duabus longitudinalibus marginato, elytris abbreviatis.
Geoff. 12.
Fab. 4. Trichius hemipt.
Scop. 28.
Enum. 22.
Voet. scar. t. 10. *f.* 88. — 90.
Schæff. icon. 46. *fig.* 10. 11. Mas. ans. variegatus. *D. Scop.*?

Hab. in Germania. *P. Forskal.* In Gallia.
Clypeus *apice emarginato.* Antennæ *piceæ.* Corpus *nigrum.* Thorax *marginatus, planiusculus, rugis duabus longitudinalibus elevatis.* Elytra *abdomine dimidio breviora.* Abdomen *pone elytra sæpe cinereum.* Plantæ *piceæ.* Aculeus *ani feminæ serratus, exsertus.*

Farinosus. 46. Sc. scut. (l'argenté) muticus niger polline virescente, elytris abbreviatis. *Faun. suec.* 399. *
Scop. carn. 9. Scarabæus argentus.
Poda ins. 20. Scarabæus argenteus.
Hab. in Europea. In Gallia. V.
Scop. Argentus 9.
De Geer. 13.
Poda gr. 20.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Desc. Magnitudo fere scar. horticolæ; totus niger, obtusus, adspersus & fere tectus atomis viridibus; *elytra* abdomine breviora. *Faun.* 399.
Obs. Certe farinosus Linn. est scar. argenteus Scop. & non *l'écailleux violet Geoff.* In ultimo tibiæ anticæ, tridentatæ, in illo bidentatæ. Abdomen *scar. argentei* fuscum aut nigrum, sed non supra lutescens, ut in squamoso violaceo; inde duæ species. V.

Squamosus. 47. Sc. scut. (l'écailleux violet) violaceus squammis subtus argenteis, supra violaceis, tibiis anticis tridentatis. V.
Geoff. 13.
Hab. in Gallia.
Desc. Statura præcedentis, sed abdomine supra lutescente, & tibiis anticis tridentatis.
Obs. 1. Aquâ calida imbuta color cœruleus in vivacissimum viridem transit. F.

Obs. 2. Turmatim volitant, raro ſoli reperiuntur. V.

Pulverulentus. 48. Sc. ſcut. (pulverulent) polline vireſcente argenteo, elytra pedibuſque teſtaceis. F.
Fab. Melolont. pulverulenta.
Hab. Strasburgi. F. In Gallia A. V.
Deſc. Duplo minor ſcar. farinoſo.

Squalidus. 49. Sc. ſcrut. (le mal-propre) muticus, niger hirſutus, thorace ſubcarinato.
Scop. 13. Scarabæus, ſqualidus.
Voet. t. 4. *f.* 33.
Fab. 5. Cetonia β. 50.
Hab. in Germania. In Gallia A. V.
Deſc. Simillimus Sc. hirtello, paulo major, ſupra niger: thoracis lateribus piloſis. *Elytra* immaculata piloſa.
Obſ. Hunc & hirtellum junxit Fab. ſed non rite, nam clypeo differunt. V.

Hirtellus. 50. Sc. ſcut. (l'heriſſé) muticus hirtus teſtaceo nigricans, elytris pallido maculatis.
Scop. carn. 8. Scarabæus hirtus.
Poda inſ. 21. Scarabæus hirtus.
Voet. ſcar. t. 4. *f.* 34.
Enum. 19.
Hab. in Germania. In Floribus Syngeneſiis Viennæ & in Gallia. V.
Corpus *S. faſciato dimidio minus, nigricans, obtectum pilis fluvicantibus, ut vix conſpiciatur, elytra tamen minus.* Elytra *adſperſa maculis parvis, difformibus, albicantibus, circiter ſeptem.* Clypeus *emarginatus.*

Faſciatus. 51. Sc. ſcut. (la livrée d'Ancre) muticus niger tomentoſo-flavus, elytris faſciis

duabus luteis coadunatis. * *Scop. carn.* 5.

Mouff. inf. 161. *f.* 6.

Schæff. icon. t. 1. *f.* 4.

Fab. Trichius fafciatus 1.

Geoff. 16.

Schæff. icon. 1. *f.* 4.

De Geer. 27.

Drury inf. 1. *t.* 36. *f.* 2.

Enum. 16.

Voet. fcar. t. 5. *f.* 43.

Hab. in Europæ Floribus Syringæ, Filipendulæ. In Gallia. *Ibid.*

Defc. Caput & *thorax* nigricantia pilis denfis erectis grifeis, uti abdomen & pedes *Elytra* pallide grifea, fafciis tribus nigris, quarum intermedia anguftior, interrupta; reliquis latioribus coadunatis & futuras elytrorum perreptantibus. *Faun.* 395.

Obf. 1. Interdum elytra glabra abfque lineola ifta intermedia interrupta.

Obf. 2. In his regionibus, elytris luteis. V.

Brunnus. 52. Sc. fcut. (le fauve) muticus teflaceus, elytris ftriatis, thorace utrinque puncto notato.

De Geer. 23.

Forte icon. 151. *f.* 4.

Fab. Melol. 26.

Enum. 1.

Geoff. Le fcarabé fauve aux yeux noirs.

Voet. fcar. 7. *f.* 53. 54.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Defc. Ferrugineus totus: oculis folis nigris. V.

Eremita. 53. Sc. fcut. (l'hermite) muticus æneo-ater, thorace inæquali, fcutello fulco longitudinali.

Scop.

Scop. carn. 15. scarabæus eremita.
Ræs. inf. scar. 1. *t.* 3. *f.* 6.
De Geer, 28. coriarius.
Schæff. icon. 26. *f.* 1.
Enum. 14.
Voet. scar. t. 3. *f.* 21.
Hab. in Europa A. fragrans corio Russico. In ligno salicis Galliæ A. larva reperitur.
Clar. *De Geer* hunc scar. incognitum Linnæo & ceteris entomologicis affirmat & mirum ; nam edit. 12. sist. nat. citat, in qua legitur *scarabæus eremita*, qui certe coriarius est. V.
Clypeus *quadratus marginibus elevatis.* Thorax *rugis duabus*, *elevatis*, *longitudinalibus.* Elytra *non glabra.* Tibiæ *omnes aculeatæ.* Differt *a S.* variabili, *quod triplo major ; quod Thorax antice rugis duabus elevatis, quod clypeus capitis non emarginatus, verum supra antennas tuberculo eminens ; quod non pubescens sub pectore.*

Auratus. 54. Sc. scut. (l'éméraudine) muticus auratus, segmento abdominis primo lateribus unidentato, clypeo planiusculo.
* *Scop. carn.* 17.
Hœffn. pict. t. 6. *f. prior.*
Raj. inf. 76. *n.* 7.
Frisch. inf. 12. *t.* 3. *f.* 1.
Pet. gaz. t. 23. *f.* 12.
Worm. muf. 3;2.
Ammiral. inf. t. 12.
Schæff. icon. t. 26. *f.* 7. - *t.* 50. *f.* 9. *an?*
De Geer, 25. bene.
Geoff. 5. male.
Fab. cetonia aurata 4.
Enum. 14.
Hab. in Europæ *acervis formicarum, plantarum ; delectatur floribus Pæoniæ,*

Sorbi aucupariæ, *Succo ſtillante Quercus.*

Pectoris latera poſtice in dentem exeunt. Sternum porrectum.

Icones fere illuſoriæ, inde timide citandæ. V.

Obſ. 1. Variat 1°. Foveolis thoracis albis.

2°. Elytris immaculatis, nec non punctis lineolis que albis tranverſis variegatis, 3°. pectore vireſcente, 4°. ſegmentis abdominis 3. 4. 5. pari punctorum alborum.

Obſ. 2. *Subtus* caput, thoraxque villoſa.

Obſ. 3. Tactus liquorem fœtidiſſimum per anum ejicit.

Obſ. 4. Larva cæca. *Teſte de Geer.*

Variabilis 55. Sc. ſcut. (le variable) muticus lævis opacus ater, elytris albo punctatis. *

Rœſ. inſ. 2. *ſcarab.* 1. *t.* 3.

Fab. cet. 7.

De Geer, *ſcar.* 29.

Schæff. icon. t. 198. *f.* 8.

Voet. ſcar. t. 5. *f.* 4.

Hab. in Europæ quercubus rarius.

Deſc. Simillimus ſcar. nobili ſed totus ater, niſi quod in elytris puncta aliquot rariora alba hinc inde occurentia. *Faun.* 402.

Obſ. 1. Mas fœmina quadruplo minor, variatque colore aureo & rubro.

Obſ. 2. Hic, *teſte de Geer*, eſt le drap mortuaire. *Geoff.* Sed an rite? V.

Nobilis 56. Sc. ſcut. (le verdet) muticus lævis auratus, abdomine poſtice albo punctato. * *Scop. carn.* 18.

Rœſ. inſ. 2. *ſcar.* 1. *t.* 3. *f.* 3. 4. 5.

Uddam. diſſ. 1. Scarabæus viridi æneus, thorace ſulcato, elytris rugoſis.

Schæff. icon. t. 202. *f.* 4.
Geoff. 6.
Fab. cetonia 8.
Enum. 15.
Voet. ſcar. t. 3. *f.* 18.
Hab. in Europæ Floribus, præſertim in umbelliferis.
Deſc. Scar. aurato dimidio minor. totus aurato-ſericeus nec glaber; *abdomen* ad latera & poſtice albo punctatum. *Elytra* atomis albis adſperſa. *Faun.* 401.
Obſ. Larva griſea, capite ſanguineo, ſupra & infra viridis. V.

Quiſquilius. 57. Sc. ſcut. (des immondices) ater, glaber, elytris livido-teſtaceis.
Scop. carn. 29. Scarabæus minimus.
Enum. 19.
De Geer, 18.
Fab. 91.
Hab. in Europæ quiſquiliis. In Gallia. V.
Deſc. Magnitudo ſeminis milii, ovatus, glaber, facie ſcar. *Pedes* picei S. ferruginei. *Elytra* flaveſcente livida. *Faun.* 397.
Obſ. Inter ſcutellatos apud D. F. Noſter ſcutellum non habet. V.

Quadrimaculatus. 58. Sc. ſcut. (le quadrille) muticus niger oblongus, elytris maculis duabus rubris. *
Fab. 86.
Hab. in Europa. In Angliæ ſtercore. F. *Ibid.* In Gallia. V.
Deſc. Corpus oblongum, nigrum; capitis clypeus intruſus. *Elytra* ſtriata; macula in angulo elytrorum ad baſin & major verſus apicem elytri. Magnitudine oryzæ. *Faun.* 398.

Plagiatus. 59. Sc. ſcut. (à taches pourprées) muticus

niger elytris plaga rufescente.
Fab. 87.
Enum. 28.
Hab. Upsaliæ. In Gallia. V.
Obs. Varietas forte scar. subterranei. F.
Corpus *magnitudine oryzæ, nigrum.* Elytra *striata, in singulis macula oblonga, purpurascens, juxta suturam dorsalem.*

Rufipes. 60. Sc. scut. (le jayet) muticus ater, antennis pallidis, elytris levibus. *
Fab. 84.
De Geer, 7.
Geoff. 21.
Enum. 30.
Hab. in Europæ stercoratis. In Gallia.
Simillimus scar. subterraneo, sed elytra striis minime crenatis & thorax minus Gibbus.
Desc. Est e parvis, licet non e minimis. *Totus* ater, glaber, capitis clypeo obtuso. *Antennæ* summo apice præsertim rufæ, alias fusco pallidæ. *Pedes* extimis articulis rufo-pallidi. *Elytra* striata, nigra, postice obtusa S. inflexa. *Alæ* longæ. *Faun.* 403.

Ex nost. Mus.

Superbus. 61. Sc. scut. (le superbe) muticus supra & infra viridi-auratus.
Hab. in Gallia A. Sed non frequens.
Desc. Major scar. aurato, pectus non pilosum. An æruginosus Lin. ?

Morio. 62. Sc. scut. (le morio) niger totus, elytris modo adspersis lineolis albis, modo immaculatis.
Schæff. icon. t. 26. *f.* 5. 6 ?
Variabilis scar. an varietas ?

Hab. in Galliæ Floribus umbellatis.
Obſ. Forte cetonia funeſta. D. F.

Ex ſpec. D. Fab.

Teſtudinarius. 63. Sc. ſcut. (la tortue) niger, elytris ſulcatis, piceis, ferrugineo-punctatis.
Hab. in Anglia. *D. Solander.* In Gallia A. V.

Merdarius. 64. Sc. ſcut. (fouille-merde) ater, elytris teſtaceis, ſatura nigra.
Hab. in Europæ ſtercore. *Ibid.* In Gallia A. V.

Porcatus. 65. Sc. ſcut. (le ſillonné) fuſcus, elytris porcatis.
Hab. Lipſiæ in ſtercore.

Aſper. 66. Sc. ſcut. (le chagriné) capite thoraceque tranſverſin ſulcatis, elytris ſtriatis.
Hab. in Europæ putridis.

Flavipes. 67. Sc. (à pattes jaunes) nigricans, thoracis marginibus, elytris pedibuſque flaveſcentibus.
Hab. Lipſiæ. *De Leske.*

Ruficornis. 68. Sc. (à antennes rouſſes) villoſus, teſtaceus, abdomine albicante.
Voet. ſcar. t. 6. f. 50.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*
Forte ſcar. ſolſtitialis varietas.

Oblongus. 69. Sc. (oblong) glaber, niger, elytris obſolete ſtriatis. Mel. 9.
Enum. 21.
Scop. ent. carn. 19.
Hab. in Germania Auſtraliori. In Gallia. V.

Frischii. 70. Sc. (le cuivreux) nigro-æneus, elytris testaceis. Mel. 33.
De Geer, le cuivreux.
Voet. scar. t. 6. f. 55. -- *t.* 7. *f.* 58.
Hab. in vite, rosa Germaniæ. *D. Banks.* In Gallia, frequens circa Lugdunum in salicibus. V.
Obs. Variat colore viridi, cœruleo, viridi-testaceo, elytris rarius thoraci concoloribus. V.

Vitis. 71. Scar. (le vigneron) viridis, thoracis lateribus flavis. *Mel.* 34.
Scop. 4.
Voet. scar. t. 6. *f.* 56. 57.
Sultz. hist. inf. t. 1. *f.* 11.
Schæff. icon. 23. *f.* 6. 7. *an?*
Hab. in Europæ, Americæ vite. In Gallia. V.
Variat Elytris testaceis.

Arvicola. 72. Scar. (le paysan) capitis clypeo reflexo, corpore nigro immaculato. *Mel.* 42.
Hab. in Sibiria. In Gallia. V.

Praticola. 73. Scar. (le berger) thorace nigro flavoque vario, subpiloso elytris testaceis. *Mel.* 43.
Hab. in Sibiria. *Mus. D. Banks.*

Ruricola. 74. Scar. (le campagnard) ater sericeus, elytris rufis, margine nigro. *Mel.* 45.
Geoff. 15.
Hab. in Angliæ graminosis. *Ibid.* circa Lugdunum. V.

Humuralis. 75. Scar. (à épaulette) ater, elytris basi punctoque medio pallidis. *Mel.* 68.
Hab. in Europæ gramineis.

Hirtus. 76. Scar. (velu) capite thoraceque viridibus, elytris fuſcis. *Mel.* 72.
Hab. in Sibiria. *D. Banks.*

Vulpes. 77. Scar. (le renard) aureus, fulvo-hirtus abdomine ferrugineo. *Mel.* 73.
Hab. in Sibiria. *D. Banks.*

4-Puncta- tus. 78. Scar. (à quatre points) niger, thorace punctis quatuor albis. *Cet.* 8.

Villoſus. 79. Scar. (laineux) teſtaceus, clypeo marginato reflexo, corpore ſubtus lanato . *Mel.* app. 3. -- 2.
Hab. in Italia. *D. Allioni.*

Abdomi- nalis. 80. Scar. (à ventre velu blanc) capite thoraceque cæruleo piloſo, elytris teſtaceis, abdomine albo villoſo. *Mel.* app. 41. -- 2.
Hab. in Italia. *D. Allioni.*

Ex enum.

Copris. 81. Scar. (le bouſier) niger, elytris margine omni nigro.
Hab. in ſtercore bovino Viennæ, verno tempore. In Gallia. V.
An ruricola. D. F. ?
Hab. Viennæ.

Chryſome- loides. 82. Scar. (chryſomeloïde) fuſcus, elytris ſtriatis, pubeſcentibus. Tomentoſo tenuiſſimo.

Alpinus. 83. Sc. exſc. (des Alpes) capitulo antennarum bipartito.
Scop. ent. car. n. 21.
Hab. ad Viennam verno tempore in ſtercore vaccino.

Ex icon. D. Schæff.

Cæruleus. 84. Scar. (bleu) cæruleus, antennis rufis. *icon.* 222. *f.* 3.
Hab. in Europa.

Ex ent. Parif.

Sulcatus. 85. Scar. (à côtes) ater, fupra coftis elevatis tribus.
Hab. in Gallia.
Obf. An fcar. ?

Ex ent. D. Scop.

Variegatus. 86. Scar. (varie) albo nigroque varius eft, ani regio cinerea punctis binis atris.
Hab. in Umbella Chærophylli Sylveftris.
Obf. Accedit hemiptero Linn. fed idem non eft.

Minimus. 87. Scar. (le nain) lucidus totus & levis, elytris-fubftriatis, caftaneis.
Hab. in foliis Europæ plantarum. In Gallia. V.

Ex noftro muf.

Punctatus. 88. Sc. fcut. (le ponctué) niger, thorace punctis concavis exarato, elytris punctatis, ftriis tribus obliquis convergentibus. *t.* 1. *f.* 3.
Hab. in Occitania circa Nemaufum.
Defc. Statura fc. pillularii, femoribus pofticis craffis, tibiis anticis 4-dentatis.

GENUS II.

LUCANUS. *Antennæ* clavatæ : clava compressa latere latiore pectinato-fissili.
Maxillæ porrectæ, exsertæ, dentatæ.

Cervus. 1. L. scut. (le grand cerf-volant) maxillis exsertis apice bifurcatis latere unidentatis.
Faun. suec. 1. *n.* 377. Scarabæus cornibus duobus mobilibus æqualibus apice bifurcatis : introrsum ramis denticulisque instructis.
Scop. carn. 1. lucanus cervus.
Mouff. ins. 148. cervus volans.
Aldr. ins. 151. *f.* 1.
Hoff. ins. t. 6.
Worm. mus. 242.
Jonst. ins. t. 14. *f.* 1. 2.
Mer. eur. t. 168.
Raj. ins. 74.
Olear. mus. t. 16. *f.* 5. taurus volans.
Ræs. scar. 1. *t.* 4. 5. *f.* 7. 9.
Imperat. nat. 924. *f.* 3.
Sultz. ins. t. 1. *f.* 4.
β Scarabæus maxillis lunatis prominentibus dentatis, thorace inermi. *Faun. suec.* 338. (fœmina.)
Ræs. ins. 2. *t.* 5. *f.* 8.
Imperat. nat. 925. *f.* 1. 2.
Gron. zooph. 446.
Schæff. elem. t. 9 *f.* 1.

Lucani *Larvæ in ligno putrido vitam degunt*, [illegible] *Scarabæis. Luc. interruptus & Sc.* [illegible], *ut demtis antennis non de genere,* [illegible]; *hinc ambo genera nimis inter se affinia.*

Fab. 1.
Voet. ſcar. t. 29. *f.* 1. 3.
—— *t.* 29. *f.* 2. 4. *fœmina.*
Schæff. 133. *f.* 1. 2.
Enum. 31.
De Geer, 1.
Geoff. Le grand cerf-volant; la grande biche.
Hab. in Europæ ligno quercino putrido.
Deſc. Fœminæ magnitudo uti maris, os prominens maxillis duabus lunulatis, nigris, angulatis, prominentibus, a latere interiore duplici denticulo armatis, qui denticuli in utraque maxilla duo ſ. pares, quorum unus inferior, alter ſuperior. *Thorax* lævis, convexus, niger, marginatus, abſque ullis elevatis marginibus. *Elytra* lævia nigro ſubpurpuraſcentia marginata. *Pedes* ſerrati. Thoracis margines antici & poſtici villis cæſiis inſtructi. *Faun.* 405.
Cornua officinalia ſunt. Maxillæ, in hac ſpecie majores, ſpecioſæ.
Varietas *β* pro diſtincta ſpecie habetur a *D. Geoff.* quæ fœmina, obſervante. *Rœſ.*
Obſ. 1. Lucani fœmina adhuc incerta; nam Geoff. vidit copulatos quos vocat fœminas cervi *ent. part.* 2. Rœſel e contra, platyceros 1. 2. Geoff. in copula obſervavit.
Obſ. 2. Cornuum uſus quis? Sub capite linguæ qua liquorem ſaccharinum foliorum ſumit.

Parallelipipedus. 2. L. ſcut. (le parallelipipede) depreſſus, niger, maxillis dente laterali elevato.
Schæff. elem. t. 101. *f.* 1.
Voet. ſcar. t. 29. *f.* 7.
Schæff. t. 63. *f.* 7.

De Geer, 2.
Fab. 6.
Enum. 33.
Geoff. La petite biche.
Hab. in Germania, Gallia.
Ita similis facie, structura, antennis & omnibus S. Cervo. fœminæ, ut nisi 8. ies minor esset, eundem dicerem; sed color ater, non purpurascenti-niger, & corpus magis depressum.
Obs. Differt a fœmina præcedentis duobus tuberculis lævibus elevatis in medio capitis.

Caraboides. 3. L. scut. (la chevrette bleue) cærulescens, maxillis lunulatis, thorace marginato. *t.* 1. *f.* 4. *
Uddm. diss. n. 40. carabus cærulescens.
Scop. carn. 2. lucanus caraboides.
Schæff. icon. t. 6. *f.* 8.
De Geer, 3.
Voet. scar. t. 29. *f.* 8.
Fab. 9.
Geoff. 4.
Hab. in Europa, Gallia.
Desc. Statura carabi minoris, cœrulescenti-niger. *Thorax* marginatus. Maxillæ prominentes, lunatæ. *Antennæ* capitulo latere 4-foliato. *Pedes* nigri. *Femora* antica ad basin macula alba mutilata. *Faun.* 407.
Obs. 1. Variat colore viridi & cœruleo.
Obs. 2. Platycerus fuscus *Geoff.* 5, est tenebrio caraboides Linn.
Obs. 3. In Ent. Paris. n°. 6. legitur platycerus pigmæus. Non vidi, sed ad hoc genus pertinere non videtur.

GENUS III.

DERMESTES. *Antennæ* clavatæ : capitulo perfoliato : articulis tribus craſſioribus.
Thorax convexus vix marginatus.
Caput ſub thorace inflexum condens.

Dermeſtes t. 1. *f.* 5.

Lardarius. 1. D. (du lard) niger , elytris antice cinereis. *Scop. carn.* 34.
Gœd. inſ. 2. *t.* 42.
Blank. inſ. t. 11. *f. K. L. M.*
Raj. inſ. 107. *n.* 4.
Mer. inſ. 2. *t.* 33.
Friſch. inſ. 6. *t.* 9.
Fab. 1.
De Geer, 1.
Schæff. elem. t. 7. *f.* 1. 2.
—— *icon. t.* 42. *f.* 3.
Geoff. entom. 5.
Enum. 40.
Hab. in Europæ animalibus, lardo , carnibus , repoſitoriis culinariis infeſtus.

Elongatus. 2. D. (l'alongé) niger , elytris baſi faſciaque poſtica lividis , antennis pedibuſque ferrugineis.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Inſectum fere filiforme eſt.
Deſc. Corpus reliquis congeneribus longius , cylindricum. *Thorax* cum capite

Dermeſtis *Larvæ exedunt & deſtruunt Animalium cadavera , res culinares , Pelles , Cortices , Ligna , Semina & pleraque alia.*

longitudine poſterioris corporis. *Caput* antice ſupra exaratum & quaſi fiſſum. *Thorax* cylindricus, latus. Elytra baſi ad ⅓ livida & faſcia verſus apicem obſolete livida. *Antennæ* clavatæ, clava triarticulata. *Pedes* etiam ferruginei, breviuſculi. *Faun.* 409.

Undatus. 3. D. (ondé) niger, elytris faſcia alba lineari duplici undulata. *
Fab. 6.
De Geer, 5.
Schæff. icon. t. 157. *f.* 7.
Hab. in Europæ putridis. In Gallia. V.
Deſc. Magnitudo, figura, facies. D. lardarii, ſed elytra duplici linea tranſverſa alba & undulata notata, quarum altera ab altera valde remota. *Faun.* 410.

Pellio. 4. D. (le pelletier) niger, coleoptris punctis albis binis. * *Scop. carn.* 37.
Friſch. inſ. 5. *t.* 8.
Sultz. inſ. t. 2. *f.* 5. 6.
De Geer, 3.
Geoff. 4.
Raj. inſ. 85. 35.
Schæff. icon. t. 42. *f.* 4.
Enum. 48.
Hab. in Europæ cibariis, pellibus.
Deſc. Corpus ovatum atrum. Punctum album in ſingulo elytro, ut & clauſis elytris duo puncta alba in dorſo appareant. Sunt tamen, ſi probe adſpicias, 5. alia puncta alba, S. unum ad ſcutellum dorſale, unum utrinque ubi pectus adnectitur elytris, & unum lineare in ſingulo elytro verſus ejus baſin, quæ quinque puncta minima ſunt & in quibuſdam plane abſunt, excepto puncto ſcuti. *Venter*, *Pedes*

& *Antennæ* clavatæ, omnia atra. Tactus, terrefactus, aut ubi periculum videt, contrahit pedes & caput. *Faun.* 411.

Capucinus. 5. D. (le capucin) niger, elytris abdomineque rubris, thorace emarginato retuso. *

Fab. Bostrichius 1.
Sulz. hist. inf. t. 2. *f.* 5. 6. *c.*
Geoff. Bostriche Capucin.
Enum. 38.
Schæff. elem. t. 28. -- *icon. t.* 189. *f.* 1.
Hab. in Europæ & Galliæ truncis, parietibusque ligneis.
Desc. Major reliquis nostratibus. *Caput* parvum, angustum, basi retractile sub & intra thoracem, atrum. *Antennæ* nigræ sex articulis & clava tribus articulis, apice truncatis turbinatis. *Thorax* niger, convexus, scaber & fere muricatus, dorso retusus, anticeque emarginatus margine ciliato. *Scutellum* minimum, nigrum. *Elytra* rubra, excavato-punctata, & fere rugosa. *Abdominis* 4. segmenta postica rubra. *Pedes* nigri. *Faun.* 416.

Typographus. 6. D. (typographe) testaceus, pilosus, elytris striatis retusis præmorso-dentatis. *It. æl.* 26. 195.

Raj. inf. 100. *n.* 10. Scarabæus.
Fab. Bostrichius 3.
De Geer, ipf. 1.
Enum. 42.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 103.
Hab. in Europa intra cortices truncorum labyrinthos formans. In America *Kalm.* In Gallia. V.
Desc. Antennæ clavatæ, nec perfoliatæ,

nec fiſſiles, ſed apice ovato, ſolido, compreſſo. *Elytra* ſtriata, poſtice retuſa, marginata, tridentata. *Faun.* 418.

Calcographus. 7. D. (calcographe) ater, elytris præmorſo-dentatis rufis: lateribus baſique nigricantibus. *
Fab. Boſt. 4.
Obſ. Triplo minor. D. typographo.
Hab. in Europæ truncis arborum. *Ibid.* In Gallia. V.
Deſc. Simillimus ſequenti. *Antennæ* teſtaceæ. *Corpus* glabrum. *Elytra* præmorſo-dentata, ruta, ſed baſi & lateribus nigra. *Faun.* 417.

Micographus. 8. D. (micographe) teſtaceus glaber, thorace nigro, elytris apice retuſo dentatis.
De Geer, *ipſ.* 4.
Hab. in Europa intra cortices arborum emortuarum. In Gallia. V.
Deſc. *Corpus* nigrum, teres, magnitudine pediculi. *Antennæ*, *Elytra*, *Pedeſque* teſtacea, elytra verſus apicem pilis longis adſperſa. *Faun.* 419.

Polygraphus. 9. D. (polygraphe) teſtaceus, piloſus, elytris glaucis obtuſiuſculis. *Faun.* 420. *
Müll. Lin. Naturſ. cl. V. *pars* I. *p.* 104.
Fab. Boſt. 5.
Enum. 58.
De Geer, *ipſ.* 5.
Hab. in Europa ſub arborum corticibus: labyrinthis pinnatis. *Ibid.* In Gallia. V.
Deſc. Minor præcedenti, cylindricus. *Elytris* non ſtriatis, magis glaucis, poſtice obtuſis, vix rufis. *Faun.* 420.

Piniperda. 10. D. (le deſtructeur du pin) niger ſub-

villosus, elytris piceis integris, plantis rufis. *
Fab. Bost. 7.
De Geer, *ips.* 2.
Hab. in Europæ ramulis inferioribus pini, quos perforat, exsiccat, unde naturæ hortulanus in hac parte.
Desc. Magnitudo derm. typographi. *Elytra* striata subvillosa, non retusa. Plantæ pedum solæ ferrugineæ. *Faun.* 421.

Domesticus. 11. D. (domestique) niger, elytris griseis margine nigris, thorace villoso. *
De Geer, *ips.* 6.
Geoff. Birrhus domesticus Entom. Par. 1.
Hab. in Europa. In Galliæ domibus. V.
Desc. Corpus parvum, cylindraceum. *Pectus* crassum, subrotundum, nigrum, subhirsutum. *Elytra* oblonga, apice obtusa, testacea margine circumcirca nigra. *Alæ* fusco-albæ. *Abdomen* & *Pedes* nigri. *Antennæ* rufescentes. Clausis elytris videntur coleoptra grisea, sutura nigra, marginibus lateralibus versus ventrem nigris; regio ani supra elytra nigra. *Thorax* valde gibbus, fere hemisphæricus. *Magnitudo* majoris pediculi. Tactus se contrahit, nec sese movet. *Faun.* 424.
Obs. In plerisque thorax non pilosus, nec elytra grisea.

Violaceus. 12. D. (violet) nigro-cærulescens, thorace villoso. * *Scop. carn.* 51.
Faun. suec. 373. Dermestes nigro-cæruleus.
Fab. 13.
De Geer, *clerus* 4.
Geoff. Le clairon bleu.
Enum. 45.

Hab.

Hab. in Europa cadaveribus inhians. In Gallia ubique.

Deſc. Magnitudo ſeminis orizæ, totus *ſupra* cæruleus. *Subtus* nigricans. *Thorax* piloſus. *Faun.* 422.

Hirtus. 13. D. (l'hériſſé) ater hirtus.

Enum. 39.

Scop. 131.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 106.

Fab. Hiſpa hirta 6.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Deſc. Magnitudo D. Undati, totus ater; capite, thorace, elytriſque pilis erectis nigris hirtus. *Syſt. nat.*

Feneſtralis. 14. D. (l'épineux) caſtaneus, capite nigricante, thorace fuſco. *

Scop. 40.

Enum. 59.

De Geer, ipſ. ſpinoſus 7.

Geoff. Pellucidus. *Entom. pariſ.* 22.

Fab. D. 24.

Hab. in Europa. In Galliæ floribus umbellatis & in feneſtris primo vere.

Deſc. Corpus totum pulice minus eſt, oblongum, nec obtuſis elytris, pedes pallidiores ipſo corpore : color corporis totius e nigro caſtaneus, excepto capite nigricante. *Faun.* 423.

Melanocephalus. 15. D. (la tête noire) niger ovatus glaber, elytris griſeis. *

Fab. Sphæridium 6.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Deſc. Totum corpus non ſuperat pulicem. Facies omnino ſcar. ſed antennæ horizontaliter perfoliatæ; totum *corpus*, alis, thorace, capite, antennis atrum;

sola *elytra* castanei coloris sunt. Silphis affinis. *Faun.* 425.

Scarabæoides. 16. D. (scarabéoïde) ovatus ater glaber, elytris maculis duabus obsolete ferrugineis. * *Scop. carn.* 36.

Gadd. satag. 76. Scarabæus ovatus niger glaber, maculis 2 rubris in singulo elytro.

Enum. 43. Quadrimaculatus.

Fab. Sphæridium 1.

Geoff. Hortensis. *Ent. par.* 17.

Hab. in Europa. In Galliæ Floribus.

Obs. Simillimus scar. quisquilio. *Elytra* antice & pedes fusca.

Desc. Magnitudo semin. oryzæ; facie scar. niger, glaber, agilis : in elytris macula ferruginea in apice & basi. *Pedes* setis rigidis spinosi. *Faun.* 428.

Murinus. 17. D. (nébuleux) tomentosus oblongus fusco cinereoque nebulosus, scutello luteo. * *Scop. carn.* 35.

Frisch. ins. 4. *t.* 18.

Fab. Derm. 10.

Enum. 41.

Geoff. 7.

De Geer, 2.

Schæff. icon. t. 42. *fig.* 1. 2.

Voet. scar. t. 31. *f.* 11.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *part.* 1.

Hab. in Europæ cadaveribus. *Ibid.* In Gallia.

Subtus ex nigredine albus.

Obs. Corpus oblongum, convexum, murini coloris, cinereum S. potius nigrum, incano maculatum, læve, non striatum; superficies (lente visa) hirsuta. *Scutellum* dorsi flavescens. *Pectus* & *Abdomen* subtus alba. *Antennæ*

compressæ, perfoliatæ. *Caput* non retrahit, sed pectore prominet incurvato capite. Datur alia duplo major magis nigricans. An fœmina? Complicat pedes miro artificio: complicatus ovatus est. *Faun.* 426.

Paniceus. 18. D. (le boulanger) ferrugineus, oculis rufis. *
Fab. Derm. 18.
Frisch. inf. 2. 36. *t.* 8.
Hab. in Europæ pane, quem exedit.
Magnitudo milii, obtusus, totus castaneus, etiam antennis, vix villosus. Oculi magis rubent.
Desc. Oculi rufi; similis derm. fumato, sed thorax latior. *Faun.* 431.

Ferrugineus. 19. D. (le ferrugineux) oblongus ferrugineus semicylindricus, elytris abbreviatis. *
Fab. Nitidula 6?
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Desc. Magnitudine oryzæ, *totus* lævis, *elytris* abbreviatis. *Thorax* quadratus: *caput* magis obscurum. *Faun.* 433.

Fumatus. 20. D. (du fumier) oblongus glaber testaceus, oculis nigris.
Geoff. Paris. 1. *p.* 104. *n.* 12.
De Geer, *ins.* Du fumier. 3.
Fab. Derm. 16.
Enum. 60.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *part.* 1. *p.* 108.
Scop. 59.
Ent. par. 12.
Hab. in Europæ viis, imprimis in fimo equino, primo vere frequens. *Ibid.* In Gallia. V.
Desc. Corpus magnitudine pediculi. *Faun.* 432.

Pedicularius. 21. D. (pédiculaire) oblongus testaceus; elytris abbreviatis. *

Faun. suec. 1. *n.* 441. Chrysomela dilute testacea hemiptera.

Enum. 56.

Fab. Sphæridium. 12.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 108.

Hab. in Europæ Floribus frequens. *Ibid.* In Gallia V.

Desc. Magnitudo pediculi. *Corpus* oblongum, læve; *antennæ* parum clavatæ: *elytra* non striata, sed truncata, abdominis duobus articulis breviora. *Faun.* 434.

Pulicarius. 22. D. (la puce) oblongus niger, elytris abbreviatis, abdomine acuto.

Raj. inf. 108.

Fab. Sphæridium. 12.

Geoff. Antr. pulicarius. *Ent. par.* 4. apud Fab.

Enum. 54.

Geoff. Clerus villosus. Enum.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 108.

Synonimiâ præced. adparet *der.* pulicarium diverse judicatum fuisse. Ipse Linnæus eadem verba adhibet pro hoc dermeste & pro silpha, pulicaria; inde iucertitudo. In *silpha* pulicaria, thorax & elytra parum marginata sunt quod non in *derm.* pulicario; error igitur in citatione Fabr. & *derm.* pulicarius optime pro *clero* villoso sumptus in enum. V.

Hab. in Floribus, cursitans, agile volans.

Desc. Corpus oblongo-ovatum, atrum, magnitudine majoris pediculi. *Abdomen* planum, apice acuminatum, elytris longius. *Antennæ* clavatæ, perfoliatæ. *Alæ* fuscæ. *Faun.* 435. & non 370.

Psyllius. 23. D. (de l'herbe aux puces) ovatus niger, abdomine obtuso, thorace elytrisque marginatis.
Enum. 51.
Fab. Nitidula. 12.
Geoff. Antribus lævis. 6. *Enum.* sed an rite?
Hab. in Floribus. In Gallia. V.
Desc. Magnitudo *derm.* pulic. sed ovatus, obtusus, ater, lævis. *Thorax* & *Elytra* valde marginata. *Antennæ* clavatæ, licet horizontaliter fissiles. *Faun.* 436.

Scanicus. 24. D. (le scanien) fuscus thorace testaceo.
Fab. 22.
Hab. in Europa. In Suecia. *F.*
Desc. Magnitudo pediculi. *Corpus* totum fuscum. *Antennæ* clavatæ, perfoliatæ. *Thorax* & elytrorum basis obscure testaceis. *Faun.* 437.

Colon. 25. D. (colon) thoracis lateribus flavis, elytris griseis puncto nigro. *
Hab. in Europa. In Galliæ quisquiliis. V.
Desc. *Corpus* ovatum. *Caput* nigrum. *Thorax* fuscus lateribus flavis. *Elytra* obscure testacea. S. grisea cum puncto nigro in medio, versus apicem inferiorem. *Faun.* 438.

Niger. 26. D. (noir) oblongus pilosus niger, elytris molliusculis.
Fab. Anobium nigrum. Lagria nigra. *App.* 13 -- 14.
Scop. Cant. pilosa an?
Hab. in Europa.
Desc. Magnitudo *derm.* piniperdæ, sed totus ater, elongatus, glaber, licet thorax & elytrorum apices pilis erectis

adſperſi. *Faun.* 439.
Obſ. Elytris molliuſculis.

Ex ſpec. D. Fab.

20. Guttatus. 27. D. (à vingt points) oblongus ater, punctis viginti albis. *t.* 1. *f.* 5.
Sulz. hiſt. inſ. t. 2. *f.* 3.
Hab. Hallæ Saxonum. *Schaller.* prope Lugdunum, ſed rarior. V.

Bicolor. 28. D. (de deux couleurs) oblongus niger, ſubtus teſtaceus. *Elytris* ſtriatis.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*
Deſc. Statura. *D.* murini. *Caput* nigrum. *Thorax* niger, glaber, margine ſubteſtaceo. *Elytra* nigra, immaculata, ſtriata. Pédes & abdomen teſtacea. F.

Teſſelatus. 29. D. (l'échiquier) oblongus tomentoſus, fuſco cinereoque nebuloſus, abdomine fuſco.
Geoff. Le velours jaune. Flaveſcens. *Ent. par.* 8.
Hab. in Angliæ, Galliæ cadaveribus.

Tomentoſus. 30. D. (velu) oblongus villoſus, capite punctis duobus fuſcis.
De Geer, D. 4.
Hab. in Angliæ, Sueciæ Floribus.

Teſtaceus. 31. D. (teſtacée) oculis, abdominis baſi nigris.
Hab. in Belgio.
Stat. D. panicei, at triplo minor.

2. Puſtulatus. 32. D. (la double puſtule) ater, nitidus, elytris macula apicis rubra, pedibus piceis. *Sphær.* F. 2.
Hab. Kiliæ, in ſtercoribus.

Fimetarius. 33. D. (fouille-merde) ater, immaculatus, elytris læviſſimis.
Sphærid. 9.
Fab. Sphæridium. 11.
Hab. in Angliæ ſtercore. *Muſ. D. Banks.*

Minutus-ſtriatus. 34. D. (le petit ſtrié) ater, elytris ſtriatis, pedibus concoloribus.
Fab. Sphærid. 11.
Hab. in Anglia. *Muſ. D. Banks.*

Varius. 35. D. (le varié) ſubvilloſus, corpore nigro cinereoque vario. F.
Boſtrich. 9.
Hab. Kiliæ, in Hafniæ arboretis. In Gallia. V.
Antennarum clava acuminata.

Minutus-lævis. 36. D. (le petit D. liſſe) elytris integris, glaber, ater, immaculatus.
Fab. Boſt. 9.
Hab. Kiliæ, in boleto verſicolore.

Ex Enum.

Hæmorrhous. 37. D. (hémorroïdal) niger, nitidus, elytris ſub apice rubris.
Hab. in ſtercore vaccino Viennæ tempore verno.

Bipunctatus. 38. D. (les deux points) oblongus niger, thoracis apicibus ferrugineis.
Hab. in Auſtria. In Gallia Auſtrali. V.
Deſc. Noſter D. bipunctatus piloſus, ſimilis D. hirto. Antennis ſerratis. V.

Cathæ. 39. D. (du ſouci) ovatus niger, abdomine obtuſo; thorace elytriſque marginatis, elytris apice rufis.
Scop. D. 49.
Geoff. Antribus bimaculatus. *Ent. par.* 5.
Obſ. Magnitudo habituſque derm. pſylii.

Tomentoſus. 40. D. (le cotoneux) niger, cano-punctatus, thorace marginato, elytris punctato-ſtriatis.

Hab. Circa Viennam.

Obſ. Derm. tomentoſus Fab. in capite duobus punctis fuſcis gaudet.

Chriſomeloides. 41. D. (chryſoméloïde) niger, glaber, thorace ſubquadrato, antennis pedibuſque fuſco-teſtaceis.

Hab. Circa Viennam.

Boleti. 42. D. (de l'agaric) fuſcus, thorace marginato.

Hab. in boleto verſicolore & agaricibus ſeſſilibus toto anno copioſus. Semper larva & imago adſunt.

Leucophilus. 43. D. (à pattes fauves) niger, ater, pectore elytriſque ſubnigris, pedibus rubris.

Geoff. D. fulvipes. *Ent. par.* 21.

Hab. in Braſſica ſubputrida per *Hyemem.* in cellulis conſervata. In Gallia. V.

Deſc. Corpus ovatum pediculo duplo majus, agile. *Caput* atrum. Pectus & elytra e rubicundo nigra. *Elytra* ſecundum marginem dorſalem parum prominent ubi conjunguntur. *Femora* & *Pedes* nigro-rubri. *Pectus* non teres, ſed fere marginatum caſſidæ; cum chryſomelis in multis convenit *Faun.* 2268.

Obſ. 1. Derm. melanocephalo affinis, ſi non idem, *enum.* licet hoc inſectum Linnæo cognitum & ab eodem deſcriptum ſit, tamen D. Schrank, ſi bene recordor, ſolus memoravit, inde ad enum. Retuli. V.

Quercus. 44. D. (du chêne) fuſcus, elytris nigris, faſciis duabus pallidis.

Hab. Viennæ, in quercu emortua.

Ex opere D. de Geer.

Tomento-fus. 45. D. (velu) oblongus villofus, grifeo-murinus, oculis nigris, pedibus fulvis.
Hab. in Europa.

Fornicatus. 46. D. (vouté) fufcus, obfcurus, corpore ovato lævi, fornicato. Antennis longiffimis, elytra fubulata.
Hab. in Europa.
Obf. Genus incertum & forte ad genus byrrh. referendum.

Atomarius. 47. D. (atome) ovatus, minutiffimus, nigro-fufcus, antennis corporis longitudine, apice hirfutiffimis.
Parvitate difficillime determinandus.
Hab. in Europa.

Armidilus. 48. D. (armadille) minutiffimus, ovatus, niger nitidus, thoracis marginibus pedibufque rufo-fufcis pallidis.
Hab. in Europa.
Obf. Tactus, caput & abdomen fub abdomine retrahit.
Hæc obf. infufficiens ad genus determinandum. V.

Ex Entom. parif.

Pallidus. 49. D. (effacé) nigro-fufcus, elytris antice pallidioribus nebulofis.
Hab. in partibus animalium putridis.
Similis D. lardario, multo minor. Fafcia pallida nigro-punctata & male terminata, in parte elytrorum anteriore.

Oblongus. 50. D. (le levrier à ftries) oblongus fufcus, elytris ftriatis.

Hab. in ligni domorum ſupellectilibus.

Contractus. 51. D. (le levrier ponctué & ſtrié) oblongus ferrugineus, elytris punctato-ſtriatis.
Ibid.

Auricula-tus. 52. D. (à oreilles) tentaculis ante oculos antenniformibus mobilibus.
Hab. in aquis vere novo.

Variegatus. 53. D. (à côtes) nigro fuſcoque nebuloſus, elytris vix ſtriatis.
Hab. in corticibus carioſis.

Striatus. 54. D. (le jayet) niger ſubrotundus, elytris lævibus.
Hab. in Floribus.

Longicor-nis. 55. D. (à longues antennes) niger ſubrotundus, elytris lævibus.
Hab. in Floribus.

Suturatus. 56. D. (à couture) totus niger, ſubrotundus, thorace elytriſque profunde ſtriatis & punctatis.
Hab. in Gallia.

Triſulcus. 57. D. (la tête noire) oblongus fuſcus capite nigro, thorace coſtis tribus elevatis, elytris ſtriatis.
Hab. in Gallia.

Faſciatus. 58. D. (la bande noire) oblongus niger, pedibus coleoptriſque fulvis, elytrorum faſcia tranverſa nigra.
Hab. in Gallia.

Scapularis. 59. D. (à épaulettes) capite thoraceque rubro, elytris nigris, maculis antice extuſque rubris.

Hab. in Gallia.

Pigmæus. 60. D. (nain) ovatus teftaceus, fubpilofus, oculis nigris.
Hab. in Gallia.

Thoraicus. 61. D. (puce à corcelet rouge) ovatus, capite, thorace pedibufque rubicundis, elytris nigris.
Hab. in Gallia.

Teftudina-rius. 62. D. (la tortue noire) niger nitens ovatus, elytris poftice lividis.
Hab. in Gallia.

Tricolor. 63. D. (la tortue à taches rouges) niger nitens ovatus, elytris poftice, antice macula rubra.
Hab. in Gallia.

Teffelatus. 64. D. (le marqueté) niger maculis fufcis, plurimis connexis, elytris punctatis.
Hab. in Gallia.

Dimidiatus. 65. D. (à courts étuis) niger, elytris dimidiatis pone flavis.
Hab. in Gallia.
Obf. Undecim ultimi dermeftes non reperiuntur in hiftoria Infect. parif. an novæ divitiæ, an infecta jam defcripta? Non facile pronuntiandum. Nomina trivialia nova pleraque, inde Entom. parif. minime utilis junioribus Entomologicis. Synonimia omnino neglecta hanc entom. ambagiofam facit & nomenclaturam nimis ponderofam inutiliter cumulat. V.

Ex entom. Scop.

Carbonarius. 66. D. (le charbonnier) totus niger.

Clavæ articulus quilibet pilum e latere proferens.
Hab. in Corollis atropæ.
Obf. Thorax & elytra marginata, pfyllio D. Linn. proximus.

Variegatus. 67. D. (le varié) nigro-albo-rubroque varius.
Hab. in Floribus chœrophylli.

Cellaris. 68. D. (des caves) rufus, oculis fufcis, thorace dentato.
Hab. in Cellis vinariis ad cylindros cavos, unde vinum educitur, non rarus.

Brafficæ. 69. D. (du chou) atro-cœruleus, lucidus, punctatus, pedibus fubrufis.
Hab. Copiofus in Floribus brafficæ oleraceæ & congeneribus.

Ciliatus. 70. D. (cilié) fufcus, thorace bafi deflexo, oculis unico pilo ciliatis.
Hab. in Floribus laferpitii.

Lepturoi-des. 71. D. (le lepturoïde) elytra truncata, tibiæ pofticæ ciliatæ.
Hab. in Flore hellebori rofei.

Lycoperdi. 72. D. (du lycoperdon) villofus, thorace fulvo, elytris caftaneis.
Hab. in Carne lycoperdi.

Cœrulef-cens. 73. D. (bleuâtre) atro-cœrulefcens, thorace lævi, pedibus rufis.
Hab. in Flore hyacinthi.

Plicatus. 74. D. (pliffé) fufcus, elytris obiter ftriatis, plica frontali tranfverfa bifida inter antennas collocata.
Hab. in Hortis.

Faſciatus. 75. D. (faſcié) niger, elytris faſcia longitudinali flava.
In *terra*. Faun. Fridr. 30.

Ex noſt. Muſ.

Æneus. 76. D. (le bronzé) totus æneus.
Hab. in Gallia A.
Deſc. Antennæ ut in noſtro derm. Bipunctato. V.

GENUS IV.

PTINUS. *Antennæ* filiformes : articulis ultimis majoribus.
Thorax ſubrotundus, immarginatus, caput excipiens.

Ptinus t. 1. f. 6.

Pectinicornis. 1. P. (pectiné) fuſcus, antennis luteis pectinatis.
Faun. ſuec. 412.
Dermeſtes pectinicornis.
Geoff. La panache brune.
Enum. 64.
Müll. Linn. Natur. cl. V. *part.* I. *p.* III.
Hab. in Europa. In Gallia.
Obſ. Antennæ longitudinaliter pectinatæ, luteæ uti pedes.

Pertinax. 2. P. (opiniâtre) fuſcus unicolor.
Geoff. Byrrhus. 4.
Fab. Anobium. 1.
De Geer, vrillette. 4.
Hab. in Europa, Gallia.

Desc. Insectum teres oblongum, atrum, opacum. *Antennæ* omnino setaceæ. *Elytra* oblonga, flexilia, punctis minutissimis excavatis, octo striarum. *Clypeus* subrotundus, magis latus quam longus, superne inæqualis margine cruciato prominulo; ad angulos *thoracis* posticos s. laterales sæpe punctum villis flavum. *Abdomen* nigrum est, certo tamen ad lumen situ albus omnino adparet. *Faun.* 414.

Obs. Terebravit & destruxit sedilia mea. Attelabo formicario eradicatur. Captus mortui instar se contrahit immobilis, nec ulla tortura potest excitari in fugam aut motum, *inde nomen.*

Mollis. 3. P. (flexible) testaceus, oculis fuscis.
Geoff. Byrrhus. 2.
De Geer, Vrillette. 4.
Fab. Anobium. 2.
Hab. in Europa, Gallia.
Elytra mollia sunt.
Obs. Medius inter chrysomelas & dermestem pertinacem. *Faun.* 415.

Imperialis. 4. P. (imperial) fuscus, thorace subcarinato, coleoptris macula alba aquilam expansam referente.
Fab. Anobium. 5.
Sulz. hist. ins. t. 2. *f.* 7.
Hab. in Scaniæ & Europæ borealis arboribus. In Gallia.
Magnitudo *sem. tritici.* Antennæ *ferrugineæ, longitudine corporis.* Thorax *carina postice elevata.* Scutellum *niveum.* Coleoptra *nigra, macula communi alba aquilam expansam quodammodo referente.* Pedes *ferruginei.*

Fur. 5. P. (carnacier) teſtaceus ſubapterus, thorace quatuordentato, elytris faſciis duabus albis.

Scop. carn. 210. bupreſtis fur.
Faun. ſuec. 651. cerambyx fur.
Enum. 3.
Fab. Ptinus. 4.
De Geer, vrillette carnaciere.
Geoff. la bruche à bandes.
Sulz. hiſt. inſ. t. 2. *f.* 8.
Schæff. elem. t. 30.
Friſch. inſ. 13. *t.* 15.

Hab. in Muſeis peſſimus, deſtruens herbaria, inſecta, aves, pelles, utenſilia, culinaria, imo pulverem tabaci; non pellitur ambroſiacis: occiditur arſenico & alumine. *Kramer.*

Deſc. Magnitudo pediculi. *Corpus* totum teſtaceum. *Elytra* vero ſaturatius colorata, ſuper quæ duæ faſciæ albæ, quarum pectori propior in medio non cohæret, altera ano propior retrorſum arcuatur ſeu flectitur. *Abdomen* ovatum & convexum admodum eſt. *Thorax* anguſtus mucrone utrinque prominulo; dum incedit anus terræ incumbit. Medius quaſi eſt inter dermeſtes & cerambices, cum caput ſub colle retrahat & antennas non ſetaceas, ſed filiformes Gerat. *Faun.* 657 & non 651.

Germanus. 6. P. (l'allemand) fuſcus, thorace tranſverſim rugoſo, pedibus ferrugineis.

Fab. Ptinus. 2.

Hab. in Germania. *D. Schreber.*

Facies P. pertinacis, ſed minor. Thorax gibbus, tranſverſo ſulcatus. Elytra ſtriata. Pedes ſubrufi.

Ex spec. D. Fab.

Longicornis. 7. P. (à longues antennes) ater nitidus, pedibus flavescentibus.

Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*
Antennæ filiformes corpore longiores.

Latro. 8. P. (le larron) thorace bidentato, testaceus immaculatus.
Hab. Strasburgi. *Mus. D. prof. Herman.*

Scotias. 9. P. (à bandes) thorace lævi piceo, elytris connatis fusco-testaceis nitidis.
Geoff. La bruche à bandes ?
Hab. in ædibus. Europæ A. *Mus. de Banks.*
Elytra connata.

Ex Enum.

Seminulum. 10. P. (à pattes jaunes) apterus globosus, testaceus : antennis pedibusque tomentoso flavissimus.
Fere sphæricus.
Hab. in Farina, visus Viennæ.

Ex op. D. de Geer.

Rufo-villosus. 11. P. (velu-roux) rubro-fuscus, villosus, oculis nigris.
Hab. in Europa.

Punctatus. 12. P. (pointillé) griseo-fuscus, elytris striatis punctisque excavatis.
Obs. Thorax in medio Gibbus.

Testaceo-villosus. 13. P. (fauve - velu) oblongus - griseo-testaceus, antennis pedibusque rufis.
Hab. in Europæ plantis. Ad Cambonium frequens. V.

Obs.

Obs. Ad quod genus referret diu, incertus fuit *D. de Geer.*

Ex nost. Mus.

4. Maculatus. 14. P. (à quatre taches blanches) niger nitidus, elytris quatuor maculis albis quadratam figuram formantibus.
Hab. Circa Lugdunum. *t.* 1. *f.* 6.

GENUS V.

HISTER. *Antennæ* capitatæ capitulo solidiusculo; infimo articulo compresso, decurvato.
Caput intra corpus retractile. *Os* forcipatum.
Elytra corpore breviora.
Tibiæ anticæ dentatæ. *t.* 1. *f.* 7.

Major. 1. H. (le patagon) totus ater, elytris substriatis, thoracis marginibus subtus pilosis.
Fab. 1.
Voet. scar. t. 31. *f.* 6.
Hab. in Africa & India. In Gallia Australi. V.
Obs. Simillimus hist. unicolori, sed duplo major.

Unicolor. 2. H. (d'une seule couleur) totus ater; elytris substriatis. * *Scop. carn.* 30.
Faun. suec. 1. *n.* 410. Coccinella atra glabra, elytris abdomine brevioribus margine inflexis.
Sulz inf. t. 2. *f.* 8. 9.
Geoff. l'escarbot noir.
Schæff. icon. t. 42. *f.* 10.

Fab. sp. 2.
De Geer, 1.
Enum. 68.
Müll. Linn. Nat. cl. V. *part.* I. *p.* 115.
Hab. in Europæ arena, terra, ſtercore.
In Gallia ubique. V.
Deſc. Corpus quadratum, atrum, nitidum glaberrimum. *Elytra* abdomine breviora, parum truncata, glaberrima, integerrima, ſtriis aliquot vix manifeſtis. *Thorax* lævis non ſtriatus, ſed linea excavata ambiente notatur. *Caput* omnium minimum, quod, terrefactus, totum intra thoracem retrahit, ac ſi decollatus eſſet, nec ut caput exerat, ullo tormento adigitur. *Os* forcipatum, dentibus duobus acutis. *Antennæ* clavatæ, integræ. Poſteriora abdominis truncata, glabra, elytris paullo longiora, obſtuſiſſima; variat magnitudine. *Faun.* 440.
Obſ. 1. Varietas? Minor; defectu ſtriarum differt; ſolum ad baſin elytrorum quinque ſtriæ oblique verſus latus externum diriguntur quæ tamen elytri medium non attingunt. *Enum.*
Obſ. 2. In meo muſæo ſpecies diverſa.

Pygmæus. 3. H. (le nain) totus ater, elytris læviſſimis. *
De Geer, eſcarbot nain.
Enum. 71.
Müll. Linn. Nat. cl. V. *p.* 116.
Fab. ſp. 5.
Schæff. icon. t. 42. *f.* 10.
Hab. in Suecia. In Gallia. V.
Deſc. Minor eſt ſemine oryzæ & elytra minime ſtriata ſunt, quo a priori decuplo majore differt. *Faun.* 441.
Obſ. Simillimus præcedenti, ſed quadruplo

minor, at *elytra* minime ftriata, fi non unica tantum ftria arcuata.

Bimaculatus. 4. H. (à deux taches) ater, elytris poftice rubris.

Uddm. diff. 20. Coccinella atra glabra, elytris abdomine brevioribus, maculis duabus rubris.

Geoff. & de Geer, efcarbot à deux taches rouges.

Scop. ent. 31.

Schæff. icon. t. 3. *f.* 9.

—— *Elem. t.* 24. *f.* 1.

Voet. fcar. t. 31. *f.* 1.

Hab. in Europa. In Gallia fub ftercore bovino. V.

Defc. Macula fubovata fufco-ferruginea ad latera poftica elytrorum. Magnitudine feminis oryzæ. *Faun.* 442.

Obf. Macula elytrorum & maculæ fequentis fæpe vix confpicua.

4. Maculatus. 5. H. (à quatre taches) ater, elytris bimaculatis. *

Gadd. fatag. 76. Scarabæus ovatus niger glaber, maculis duabus rubris in fingulo elytro.

Schæff. icon. t. 3. *f.* 9. & *t.* 14. *elem. t.* 24.

De Geer, l'efcarbot à quatre taches rouges.

Enum. 66.

Fab. fp. 7.

Voet. fcar. t. 31. *f.* 3.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Obf. In antica parte elytri macula rubra inæqualis, in poftica vero macula rubra lunata, fæpe maculæ 2 ejufdem elytri cohærent in lineam.

Defc. Major eft primo. Macula magna

ferruginea sublunata in singulis elytris, at in quibusdam est macula rubra inæqualis versus basin elytri & alia rubra versus apicem elytri. *Faun.* 443.

Ex spec. Fab.

Brunneus. 6. H. (le brun) ferrugineus, elytris substriatis.
Hab. in Sueciæ stercore.

Ex Hist. inf. paris.

Æneus. 7. H. (le bronzé) nigro-cupreus, capite nonnihil prominulo.
Fab. spec. 9.
Geoff. l'escarbot bronzé.
Variet. nigra, *teste Geoff.* Forte potius varietas hist. unicoloris. V.
Hab. in Fimo vaccino.

Ex Enum.

Bipustulatus. 8. H. (à deux points) ater, elytro singulo macula disci rubra.
Hab. in Viennæ stercoratis.
Obs. Tibiæ anticæ quadridentatæ, adeoque non hister 4. maculatus *Linn.*

12. Striatus. 9. (le strié) niger nitidus, elytris 12. striatis. *t.* 1. *f.* 7.
Hab. in Austria. In Gallia. V.
Desc. Nulla macula in elytris. Striæ sex a basi ad apicem per singula elytra decurrunt.

GENUS VI.

GYRINUS. *Antennæ* clavatæ, rigidæ, capite breviores

Oculi IV : duobus ſupra, duo infra.

Natator. 1. G. (le tourniquet) *t.* 1. *f.* 8. ſubſtriatus. *Geoff. pariſ.* 1. *p.* 194. *t.* 3. *f.* 3.

Faun. ſuec. 779. Dytiſcus ovatus glaber, antennis capite brevioribus, obtuſis.

Scop. carn. 299.

Merret. pin. 203. Pulex aquaticus.

Pet. gaz. 21. *t.* 13. *f.* 9. Scarabæus niger noſtras, ſupra aquam velociter circumnatans.

Raj. in 89. *n.* 9. Scarabæus ▽ ſubrotundus e cæruleo viridi ſplendente undique tinctus.

Rœſel. app. 1. *p.* 195. *f.* 31.

Sulz. inſ. t. 6. *f.* 43.

Poda inſ. 44. *n.* 4.

Schæff. elem. t. 67.

Enum. 72.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *part.* 1. *p.* 194.

Fab. Gyrinus. 1.

Schæff. icon. 134. *f.* 5. *a. b.*

Hab. in Europæ lacubus, in Galliæ aquis ſtagnantibus. Velociſſime ſuper aquas curſitans per orbes; dum vero urinatur, bullam aeream, hydrargiri coloris, ſecum trahit.

Deſc. Noſter niger omnino eſt. *Pedes* autem flavi, lati, breviſſimi. *Antennæ* clavatæ vel certe non verſus apicem anguſtiores, nec quantum video, fiſſæ, *Faun.* 779.

GENUS VII.

BYRRHUS. *Antennæ* clavatæ, ſubſolidæ, ſubcompreſſæ. *t.* I. *f.* 9.

Scrophulariæ. 1. B. (de la ſcrophulaire) niger, elytris albo maculatis ſutura ſanguinea.
Faun. ſuec. 429. Dermeſtes tomentoſus maculatus, ſutura elytrorum rubra.
Scop. Derm. variegatus 41.
Fab. Anth. 2.
De Geer, Derm. 6.
Geoff. anthrene à broderie.
Sulz. hiſt. inſ. t. 2. *f.* 11. *h.*
Schæff. elem. t. 17.
—— *icon. t.* 176. *f.* 4.
Enum. 73.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 119.
Hab. in Scrophulariis Europæ. In Gallia frequens.
Deſc. Raj. déſcriptio optima eſt. *Abdomen* album. *Corpus* ovatum. *Thorax* latus, convexus. *Elytra* nigricantia, albedine adſpera. Sutura elytrorum tam inter ſe, quam illa cum thorace, rubra. *Antennæ* clavatæ, integræ, nec fiſſæ. Hæc & inſequens a reliquis facie tota recedunt, cum quaſi hirſutæ ſint, nec margine elytrorum conſpicuo aut reflexo notentur. *Faun.* 429.

Muſeorum. 2. B. (des cabinets) nebuloſis, elytris ſubnebuloſis puncto albo.
Faun. ſuec. 430. Dermeſtes tomentoſus maculatus, elytris puncto albo.
De Geer, Derm. 7.
Fab. Anth. 3.

Geoff. Anth. *amourette, de Geer teste;* Sed sequens.
Hab. in Museis, insecta avesque destruens.
Similis praecedenti, sed minor absque sutura rubra.
Desc. Tota nigra est haec species, ex punctis vix conspicuis, fuscis & albis nebulosa facta. *Thorax* utrinque versus basin maculam albam fert, & duo puncta alba majora in medio elytrorum, in singulo unicum; subtus tota albicat, thorax, caput & antennae nigra. *Faun.* 430.

Verbasci. 3. B. (du bouillon blanc) fuscus, elytris fasciis tribus undulatis pallidis.
Fab. Anth. 4.
Geoff. 2. Anthr. *amourette.*
Hab. in Verbasco & pimpinellae floribus.
Thorax postice pallidus. *Frons* nigra.

Pilula. 4. B. (pilulle) fuscus, elytris striis atris interruptis.
Faun. suec. 427. Dermestes tomentosus ovatus fusco nebulosus.
Fab. B. 1.
De Geer, Derm. 8.
Geoff. la cistele satinée.
Schaeff. elem. t. 45.
—— *icon. t.* 95. *f.* 3.
Hab. in Europa. In Gallia.
Genus cum praecedentibus idem suadent habitus & femora, licet antennae nonnihil differant.
Obs. Singulare insectum ambagiosum & insigne: forsan genus proprium ut putat *D. Geoff.*
Desc. Descriptio Linn. forte insufficiens. Ex op. *D. de Geer* sumam. Supra nigro-ferrugineus cum mixtura viridi-aenea.

Fasciis longitudinalibus in singulo elytro, maculis obscuris interruptis. *Elytra* villosa, pilis sublatis nigra. *Thorax* convexus, non marginatus, subulatus ad angulos, in parte anteriore minor. Elytra pectoris latera tegunt. *Alæ* albidæ. Antennæ thoracis longitudine thoracem inter & femora absconduntur. Caput retrahitur in cavitate sub parte squamosa triangulari. Variat magnitudine.

Vagus. 5. B. (le vagabond) cinereus, elytris fasciis nigris tribus obsoletis.
Hab. in Europa.

Ex spec. Fab.

Æneus. 6. B. (le bronzé) totus æneus.
Hab. Upsaliæ.
Scutellum albidum.
Desc. Simillimus Byrr. pilulæ at triplo minor. Supra totus æneus, subtus murinus.

Varius. 7. B. (le varié) niger thorace æneo, elytris fuscis, striis tribus abbreviatis viridibus nigro maculatis.
Hab. in Anglia. *Mus. D. Banks.*

Ex Entom. paris.

Ater. 8. B. (le noir) Subvillosus, ater, fascia elytrorum transversa aurato-fusca. *t.* 1. *f.* 9.
Schæff. icon. t. 238. *f.* 6.
Fab. B. ater.
Hab. in Germania. *D. Hattorf.* In Gallia. Geoff. & V.
Minor. B. pilula.

Nitens. 9. B. (le brillant) niger nitens glaber.
Hab. in Gallia Aust. V.

GENUS VIII.

SILPHA. *Antennæ* extrorſum craſſiores.
Elytra marginata.
Caput prominens.
Thorax planiuſculus marginatus. *t.* 1. *f.* 10.

Germanica. 1. S. (le noir) oblonga atra, clypeo obrotundo inæquali marginato, elytris obtuſiſſimis margine laterali ferrugineis.
Aldr. inſ. 454. *tab. infer. f.* 1.
Liſt. loqu. 381. Scarabæus majuſculus ex toto niger.
Schæff. icon. 218. *f.* 1.
Fab. Nicrophorus. 1.
De Geer, bouclier noir.
Raj. inſ. 107. 1.
Voet. ſcar. t. 30. *f.* 4. 5.
Geoff. le grand dermeſtes noir.
Hab. in Germania. *P. Forskal.* Calmariæ. *Max. Wurtemberg.* In Galliæ animalibus putridis.
Reliquis major. Tota atra, glabra. Clypeus *figura ſequentis, ſed latior quam longus.* Elytra *obtuſiſſima & fere truncata. Margo lateralis elytrorum inflexus & occulatus ferrugineus eſt.*

Veſpillo. 2. S. (le foſſoyeur) oblonga atra, clypeo orbiculato inæquali, elytris faſcia duplici ferruginea. * *Muſ. Lud. Ulr.* 37. *
Sanguinea. 6. L. (la rouge) nigra, thoracis lateribus elytriſque ſanguineis. * *Scop. carn.* 119.
Raj. inſ. 101. *n.* 4.
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *icon. t.* 7. *f.* 2.
Geoff. pariſ. 1. *p.* 168. lampyris 3.
Fab. pyrochroa 2.
De Geer, lampyre 2. *tom.* 4. *p.* 45. *t.* 2. *f.* 1. - 4.
Enum. 312.
Hab. in Europæ lapidoſis.
Fœminæ ſanguineæ bicolores, mares minuti. *De Geer.*
Deſc. Totum corpus, excepto thorace &

elytris, atrum. *Antennæ* filiformes, sed articulis apice antrorsum prominulis: macula dorsalis thoracis atra etiam scutellum tegit. *Elytra* mollia, saturatissime rubra s. coccinea, tenuissime striata, costis 6 longitudinaliter elevatis, inter singulas quasi rete e maculis duplici ordine, rugis minus elevatis. *Thorax* ruber suturis elevatis rugosis fundo nigricante. *Faun.* 704.

Obs. Omnes entomologici, *D. de Geer* excepto, hanc lampyrem pro lamp. sanguinea *Geoff.* habuerunt & ipse *Linn.* Certe multum differunt *elytrorum* structura quæ villosa, vix striata & nullo modo inter strias reticulata. In utraque lamp. macula dorsalis thoracis atra, *scutellum* tegit, hinc error. Lamp. sanguinea *Linn.* species videtur propria & lampyris coccinea erit nobis *le ver-luisant-rouge*, teste *D. de Geer* cujus desc. convenit. V.

Coccinea. 7. L. (l'écarlate) nigra, thorace elytrisque sanguineis, elytris striatis. * *t.* 2. *f.* 34.

De Geer, lampyre 4. *tom.* 4. *p.* 47.
Geoff. le ver-luisant-rouge.
Fab. pyrochroa 1, sed non rite.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Simillima lamp. sanguineæ sed duplo major. *Thoracis* clypeus orbiculatus, nec tetragonus est. *Elytra* non striata sunt in illa. *Faun.* 705.

Ex hist. inf. paris.

Hemiptera. 8. L. (l'hemiptere)
Hab. in Gallia.
An species? an varietas lamp. noctilucæ?

Ex op. D. de Geer.

Nigro-rubra. 9. L. (la rouge à corcelet noir) nigra; thorace toto nigro, elytris rubris, venis reticulatis.
Similis lamp. ſanguineæ, ſed thorax niger villoſus.
Hab. in Europa.

GENUS XX.

PYROCHROA. *Antennæ* uno verſu pectinatæ. *Thorax* inæqualis, non marginatus.

Hoc genus inſerere inter genera *Linn.* exemplo aliorum entom. coactus ſum. Pyrochroæ thorace a lamp. differunt. Inſuper ad cantharides fruſtra revocarentur, nam abdominis latera non plicato-papilloſa. V.

Purpurata. 1. P. (la cardinale rouge) nigra, thorace orbiculato depreſſo elytriſque rubris, antennis pectinatis. *t.* 2. *f.* 35.
Enum. purpurata 323.
Hab. in Auſtria, in Gallia prope Lugdunum. V.
Deſc. Antennæ nigræ uti pedes & abdomen. *Caput* intra rubrum. Clypeus thoracis ejuſdem coloris, ſed thorax niger infra. *Elytra* rubra, non ſtriata, villoſa, latiora ad apicem quam verſus baſin. Cantharis pectinicornis non videtur, hæc potius eſt *la panache brune. Geoff.* V.

Satrapa.

Satrapa. 2. P. (la satrape) nigra, capite, thorace elytrisque rubris. *Enum.*
Geoff. la cardinale.
Schæff. icon. t. 90. *f.* 4.
Desc. Similis præcedenti, sed caput supra & infra rubrum. Fovea frontis ampliuscula. *Elytra* ignea. In his duabus speçiebus oculi lunares.

GENUS XXI.

CANTHARIS. *Antennæ* setaceæ.
Thorax marginatus, capite brevior.
Elytra flexilia.
Abdominis latera plicato-papillosa.

* *Thorace depresso.*

Fusca. 1. C. (la brune) thorace marginato rubro macula nigra, elytris fuscis. * *It. œl.* 38. *Scop. carn.* 120.
Raj inf. 84. *n.* 29. & 101. *n.* 2.
Frisch. inf. 12. *t.* 3. *icon.* 6. *f.* 5.
Sulz. inf. t. 5. *f.* 33.
Poda inf. 40. *n.* 4.
Enum. 325.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 307.
Geoff. cicindela fusca 1.
Fab. canth. 1.
De Geer, téléphore ardoisé. *tom.* 4. *p.* 60. *t.* 2. *f.* 5.-15.
Schæff. elem. t. 123. *f.* 1.
—— *icon. t.* 16. *f.* 10.
—— *icon. t.* 26. *f.* 9.-12.

Cantharidis *Larvæ, etiamnum fere ignotæ,*

Faun. Fridr. 144.
Hab. in Europa. Frequens in Gallia.
Sævit ſæpe in propriam ſpeciem.
Deſc. Animal oblongum, molliuſculum. *Caput* nigrum, planiuſculum, infra oculos rufeſcens. *Os* minimum, forcipatum: maxillis arcuatis, ſimplicibus, quibus fruſta mordet. *Palpi* ad maxillas minimi. *Antennæ* communes, corpore dimidio breviores, filiformes articulis undecim, fuſcæ, ſed capiti propius rufeſcentes. *Thorax* a tergo planus, cordatus, marginibus eminentibus, rufeſcens, excepta macula magna nigra capiti contigua. *Elytra* plana, oblongo-linearia, molliſſima, flexilia, ſericea, fuſco-nigra. *Alæ* diaphano-fuſcæ. *Abdomen* fuſcum, excepto ultimo ſeu ſeptimo articulo rubicundo, ut e marginibus lateralibus rubris. Hi margines laterales compreſſi, ſingula inciſura plicatim incumbente, molliſſimi, apicibus inciſurarum lateralium mammillaribus. *Faun.* 700.

Livida. 2. C. (la livide) thorace marginato, tota teſtacea. * *Scop. carn.* 122.
Raj. inſ. 84. *n.* 26. cantharis ſepiarius major e rufo-flavicans.
Fab. canth. 2.
De Geer, téléphore jaune à corcelet rouge. *tom.* 4. *p.* 70.
Geoff. cicindela livida.
Enum. 326.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 308.
Faun. Fridr. 145.
Hab. in Europa. In Gallia.
Fœminam præcedenti connexam vidi.
Deſc. Magnitudo, figura & omnia omnino ut in priore, excepto ſolo colore

elytrorum luteo-pallido & thorace immaculato. *Oculi* nigri sunt. *Faun.* 701.

Rufa. 3. C. (la rousse) thorace marginato, tota rufa, epigastrio alisque nigris. *
Enum. 327.
Poda gr. p. 40.
Scop. n. 124.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 308.
Faun. Fridr. 145.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Desc. Elytra rufa, thorax macula nigra non notatus. Corporis maxima pars rufa. *Faun.* 703.

Obscura. 4. C. (l'obscure) thorace marginato marginibus rubris, elytris nigris. * *Act. nidros.* 3. *p.* 396. *t.* 6. *f.* 5.
Fab. canth. 3.
Faun. Fridr. 147.
Schæff. icon. t. 16. *f.* 8.
Enum. 335.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Parva est. *Os* incarnatum. *Antennæ* pallidæ. *Similis* fuscæ sed duplo minor; abdominis ultima segmenta subtus non rubra, sed nigra, quamvis latera segmentorum rufa. *Thorax* non rufus macula media fusca sed niger, solis marginibus lateralibus rubris. *Pedes* & *Femora* supra nigra, subtus ferruginea. *Faun.* 706.

Lateralis. 5. C. (la bordure latérale) thorace marginato rubro, corpore fusco, elytris margine exteriore flavescentibus. *
Enum. 328.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 309.
Fab. canth. 5.

Hab. in Europa.

Desc. Parva. *Fusca* sunt caput, antennæ, pedes, abdomen, elytra. *Rufa* vero thorax totus, anus, elytrorumque margo exterior longitudinalis. *Faun.* 707.

Ænea. 6. C. (la bronzée) thorace marginato, corpore viridi-æneo, elytris extrorsum undique rubris. * *Scop. carn.* 126.

Raj. inf. 77. scarabæus minor, corpore longiusculo, elytris rubicundis.

Schæff. monogr. 1754. *t.* 2. *f.* 10. 11.

Fab. malachius æneus.

Geoff. cicindela ænea.

Sulz. inf. t. 6. *f.* 5.

Schæff. icon. t. 18. *f.* 12. 13.

De Geer, téléphore verd-bronzé. *tom.* 4. *p.* 73. *t.* 2. *f.* 16. 18.

Hab. in Europa. In Gallia.

Desc. Est hæc mediæ magnitudinis; præcedentibus minor, sequentibus major. *Caput, thorax, antennæ, abdominis* annuli supra & infra, *elytra* versus basin & marginem interiorem viridiænea, at elytrorum pars postica versus apicem & etiam versus marginem exteriorem sive lateralem rubra, ita ut *elytra* maxima ex parte rubra sint & a basi versus suturam longitudinalem viridi-ænea. Ad latera thoracis, ut & abdominis, utrinque vesicula coccinea bicornis. *Alæ* fuscæ. *Faun.* 708.

Bipustulata. 7. C. (les deux taches) thorace marginato, corpore æneo-viridi, elytris apice rubris. * *It. œl.* 127. *Scop. carn.* 127.

Raj. inf. 101. *n.* 7.

Fab. malachius 2.

Geoff. cicindela 8.
De Geer, téléphore verd à deux points rouges. *tom.* 4. *p.* 75.
Schæff. icon. t. 18. *f.* 10. 11.
— *t.* 19. *f.* 14.
Poda gr. p. 40.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 309.
Enum. 330.
Hab. fæpe in caricibus. Larva rapax minorum infectorum.
Defc. Præcedenti, cui facie fimillima eft, omnino minor. Ad latera thoracis & abdominis etiam utrinque gerit veficulam coccineam tricufpidem. *Alæ* nigro-fufcæ. *Antennæ* nigræ. *Caput thorax* & *elytra* æneo faturate viridia, extimis apicibus elytrorum rubris feu coccineis. *Abdomen* elytris longius, fubtus æneum, fub alis rubrum. *Variat* elytrorum colore cæruleo vel magis viridi. *Faun.* 709.

Pedicularia. 8. C. (la pédiculaire) thorace marginato, corpore atro, elytris apice rubris. *
Enum. 331.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 309.
Fab. malachius 3.
Hab. in Europa. In Gallia.
Defc. Pediculo æqualis, facies præcedentis, fed quater minor, nec ænei coloris, verum nigra. *Faun.* 710.

Fafciata. 9. C. (la fafciée) thorace fubrotundo virefcente, elytris nigris, fafciis duabus rubris. * *Scop. carn.* 129.
Fab. malachius 5.
Geoff. cicindela 12.
De Geer, téléphore à bandes rouges. *tom.* 4. *p.* 76.

Schæff. icon. t. 189. *f.* 3.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Magnitudo pediculi, ſive decuplo minor quam antecedens. *Antennæ* & *pedes* nigri. *Caput* & *thorax* vireſcentia; elytra atra, faſcia duplici rubra tranſverſa, altera paullo ſupra baſin, in medio ad ſuturam interrupta; altera in ipſis apicibus elytrorum, vel paullo intra apices in quibuſdam: hæc in medio contigua. *Abdominis* latera rubra. *Faun.* 711.

Biguttata. 10. C. (les deux points jaunes) thorace marginato, medio atro, elytris abbreviatis nigris, apice flavis. *
Fab. canth. 20.
De Geer, téléphore à deux points jaunes, *tom.* 4. *p.* 77.
Geoff. cicindela 11.
Enum. 332.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 310.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Magnitudo & faſcies præcedentis, ſed *caput* & *thorax* omnino atra. *Elytra* apicibus ſummis flava ſeu ſulphurea. *Abdominis* ſegmenta margine flava ſubtus. *Faun.* 712.

Minima. 11. C. (l'imperceptible) thorace marginato rufo macula nigra, corpore fuſco, elytris apice flavis. * *Scop. carn.* 128.
Faun. ſuec. 598. necydalis elytris apice puncto flavo.
Geoff pariſ. 1. *p.* 176. *n.* 10. & *p.* 372. *t.* 7. *f.* 2. necydalis.
Fab. canth. 18.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Pediculo paullo major. *Caput* nigrum, maxillis flavis. *Thorax* flavus,

marginatus. *Elytra* nigricantia, in medio fufca apice flavo puncto terminata. *Alæ* nigræ, elytris duplo longiores, cruciatim incumbentes. *Antennæ* corpore breviores, filiformes, nigricantes, verfus bafin flavefcentes. *Femora* nigra, tibiis flavis. *Abdomen* fufcum, lateribus flavis.

Varietas. *Magnitudo* pediculi. *Caput* atrum. *Thorax* rufo-ferrugineus, macula nigra. *Elytra* fufca abdomine dimidio breviora, apicibus flavis. *Femora* nigra. *Tibiæ* pallidæ; abdominalibus fegmentis margine flavis. *Faun.* 713.

Cardiacæ. 12. C. (de l'agripaume) thorace fubmarginato, corpore atro, antennis pectinatis, elytris apice puncto fanguineo. *
Hab. in Europa. In leonuro cardiaca.
Defc. Magnitudo pediculi. *Abdominis* fegmenta margine, lateribus & fubtus rubra. *Faun.* 720.

Albicans. 13. C. (la blanchâtre) thorace orbiculato margine luteo, corpore nigro, fronte flava.
Hab. in Germania. *P. Forskaehl.*
Statura canth. cardiacæ; magnitudo pediculi. Tibiæ *anteriores antice flavæ.*

Teftacea. 14. C. (la teftacée) thorace marginato flavo macula nigra, corpore nigro, elytris pedibufque lividis. * *Scop. carn.* 123.
Faun. fuec. 593. cantharis nigra, elytris lividis.
Fab. canth. 19.
Geoff. cicind. 6 var. B.
De Geer, téléphore noir à étuis jaunes, *tom.* 4. *p.* 71.

Enum. 333.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 310.
Faun. Fridr. 149.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Est e minimis generis sui. *Antennæ* pallidæ. *Similis* canth. lividæ, sed quadruplo minor. *Faun.* 714.

Atra. 15. C. (l'encre) thorace marginato, corpore toto atro.
Enum. 334.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 311.
Fab. canth. 7.
Hab. in Europa. Ad Hammarby. A. Kuhn. In Gallia Aust. V.
Magnitudo canth. testaceæ.

Pectinicornis. 16. C. (la pectinée) thorace orbiculato, elytris rufo-testaceis, antennis pectinatis. *
Geoff. la panache brune an?
Hab. in Europa.
Desc. Statura canth. sanguineæ, sed clypeus orbiculatus, rufus, puncto in medio fusco. *Caput*, *corpus* & *scutellum* nigra. *Antennæ* valde pectinatæ nigræ. *Elytra* pallide rubra, non striata. *Faun.* 715.

Ex hist. inf. paris. entom.que paris.

Nigra. 17. C. (la noire) elytris nigricantibus, thorace rubro immaculato, genubus omnibus rubris.
De Geer, telephorus 5.
Hab. in Europa. In Gallia.

Thoraica. 18. C. (le collier rouge) viridis, thorace rubro immaculato.
Hab. in Gallia.

Pallida. 19. C. (la pâle) elytris teſtaceis, thorace rubro immaculato, genubus omnibus nigris.
Hab. in Gallia.
An ſpecies propria ? An canth. nigræ varietas ?

Plumbea. 20. C. (la plombée) plumbeo-nigra.
Hab. in Gallia.

Cinerea. 21. C. (la cendrée) villoſo-cinerea.
Hab. in Galliæ floribus.

Rotundata. 22. C. (la bronzée) plumbeo-cuprea, tibiis pallidis, abdomine ſubrotundo.
Hab. ibid.

Maculata. 23. C. (la tachetée) rubra, elytris teſtaceis, apice nigris.
De Geer, téléph. 3.
Hab. in Europæ floribus.

Ex ſpec. D. Fab.

Pallipes. 24. C. (les pattes pâles) thorace marginato, atra, elytris pallidis apice fuſcis.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Ruficollis. 25. C. (le collier roux) atra, thorace abdomineque rufis.
Hab. in Anglia.

2. Punctata. 26. C. (les deux points) thorace marginato, punctis duobus nigris, elytris teſtaceis, apice nigris. *t.* 2. *f.* 36.
Hab. Lipſiæ. In Gallia Auſt. V.

Pulicaria. 27. C. (la puce) thorace marginato rufo, macula nigra, elytris atris.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Ex Faun. Fridr.

Lignosa. 28. C. (du chêne) thorace marginato corporeque nigro, elytris testaceis.
Hab. in quercu.

Pulla. 29. C. (l'enfumée) tota atra, thorace marginato, antennis longitudine corporis.
Hab. in Sylva.

** *Thorace teretiusculo.*

Cærulea. 30. C. (la bleue) thorace teretiusculo, corpore cæruleo subopaco. *
De Geer, téléph. 8.
Fab. necyd. 2.
Faun. Fridr. 150.
Hab. in Europa. In Gallia Aust. V.
Desc. Simillima sequenti, sed paullo major & *thorax* magis depressus. Color cæruleus totius corporis, exceptis antennis nigris, at minus nitens. *Faun.* 716.
Obs. Non confundenda hæc canth. cum necydale cærulea. *Elytra* integra in una, subulata in altera separant hæc insecta; ergo cantharidem cæruleam non vidit. *D. F.* variat femoribus crassatis aut simplicibus. V.

Viridissima. 31. C. (la verte) thorace teretiusculo, corpore viridi. *
Fab. necyd. 1.
De Geer, canth. 1.
Geoff. cicind. 14.
Faun. Fridr. 151.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. *Antennæ* filiformes, nigricantes, corpore paullo breviores. *Thorax* non marginatus, sed teres lepturæ. *Corpus* viridi-sericeo-nitens, solo capite viridi-aureo. *Faun.* 717.

Hæc dimidio præcedenti minor, cum qua convenit figura thoracis ſubcylindrica ad cicindelas accedente, ſed neque oculi prominentes, neque maxillæ exſertæ, neque curſus celer & expeditus. Variat *pedibus concoloribus & ferrugineis.*

Vireſcens. 32. C. (la verdâtre) thorace teretiuſculo, corpore vireſcenti-fuſco, femoribus poſticis clavatis.
Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V.
Deſc. Antennæ nigræ. *Elytra* ſtriis tribus elevatis.
Obſ. Elytra non ſubulata a necyd. ſeparant. V.

Dermeſtoides. 33. C. (la dermeſtoïde) teſtacea, oculis, alis pectoreque nigris, antennis longitudine thoracis. *
Fab. lymexylon 2.
Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V.
Deſc. Tota teſtacea. *Pectus* & *abdominis* ſegmenta prima atra. *Antennæ* filiformes, ſerratæ, thoracis tantum longitudine, quo a reliquis differt. *Thorax* vix marginatus eſt. *Caput* inflectit uti dermeſtes; *elytra* vero mollia ſunt. *Faun.* 702.
Obſ. Singulare inſectum ſtructura elongata. V.

Navalis. 34. C. (la dangereuſe) thorace teretiuſculo, corpore luteo, elytris margine apiceque nigris. *
It. Wgoth. 153. *t.* 2.
Friſch. inſ. 13. *p.* 24. *t.* 20.
Fab. lymexylon 3.
Schæff. icon. t. 59. *f.* 1.
Faun. Fridr. 152.

Hab. intra quercûs lignum. In Gallia Auſt. V.

Deſc. *Corpus* teretiuſculum. *Ferruginea* ſunt corpus, pectus, thorax, elytra, abdomen, pedes. *Nigra* caput, oculi & elytrorum apex cum margine exteriore. *Pectus* lamina convexa tegitur. Rei nauticæ peſſima. *Faun.* 718.

Melanura. 35. C. (la mélanure) thorace rotundato, corpore luteo, elytris apice nigris. *

Fab. 16.

Geoff. cicind. 5. Teſte *D. F.*

Faun. Fridr. 153.

Hab. in Europa.

Deſc. Simillima canth. cardiacæ, magnitudine, ſtatura, colore, ſed thorax planior, inæqualis, nec caput nigrum & ultimi tantum elytrorum apices nigri. *Faun.* 719.

Obſ. De ſynonymia *D. F.* valde dubito. Linnæus non citavit hiſt. inſ. pariſ. inſuper cicindela *D. Geoff.* thoracem planum marginatumque habet, qui in canth. melanura rotundatus eſt. V.

Ex ſpec. D. Fab.

Nigripes. 36. C. (les pattes noires) thorace rotundato, lutea, abdomine, pedibus elytrorumque apicibus nigris.

Hab. in Europa Boreali. *D. Lund.* In Gallia. V.

Proboſcidea. 37. C. (le muſeau) nigra, elytris teſtaceis apice nigris, palpis hamato irregularibus.

Hab. in Germaniæ lignis. *D. de Hattorf.*

Ex Ent. parif.

Formicoides. 38. C. (la fourmi) fufca, elytris antice thoraceque elongato rubris.
Hab. in Gallia.

Variegata. 39. C. (la panachée) nigra, elytris fulvis maculis quinque nigris connexis, thorace elongato.
Hab. in Gallia.

Teftacea. 40. C. (la briquetée) teftacea, elytris apice nigris.
Hab. in Gallia.
Obf. Diff. canth. teftacea *Linn.* cujus thorax non cylindricus eft. V.

Depreffa. 41. C. (l'aplatie) thorace denticulato rufo, pedibus fimplicibus nigris. *Fab.* cucuj. 1.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*
Thorax planus, fubfulcatus margine denticulato.
Obf. An hæc fpecies & fequentes ad canth. pertinent? An genus diftinctum? Non vidi. V.

Dubia. 42. C. (la douteufe) thorace denticulato rufo, antennis filiformibus longitudine corporis. *Fab.* cucuj.
Hab. in Germania.

Mutica. 43. C. (la paifible) thorace mutico nigro, puncto utrinque impreffo, elytris ftriatis fufcis. *Fab.* cucuj. 5.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*
Statura depreffa præcedentium.

Ex Enum.

Berberidis. 44. C. (de l'épine-vinette) elytris abbre-

viatis teſtaceis, thorace linea longitudinali rubra.
Hab. in Europa. Copioſa in foliis berberidis. Inquietum animal, perpetuo avolans, ſtatim rediturum.

GENUS XXII.

ELATER. *Antennæ* ſetaceæ.
Corpus dorſo impoſitum exſiliens mucrone pectoris e foramine abdominis reſiliente.

Bipuſtulatus. 1. E. (les deux taches) niger nitidus, elytris utrinque puncto baſeos rubro. *Brunnich.*
Geoff. pariſ. 1. *p.* 136. elater niger, elytrorum baſi maculis rubris.
Fab. 47.
Hab. in Europa. In Gallia.
Corpus *magnitudine elat. brunnei ſ. medium. Caput, antennæ, thorax, elytra abdomenque atra, nitida.* Thorax *glaber.* Elytra *ſtriata, ad baſin puncto ſanguineo.* Pedes *picei.*

Brunneus. 2. E. (le brun) thorace nigro utrinque rufo, elytris corporeque ferrugineis. *
Fab. 24.
Hab. in Europa. In Galliæ hortis. V.
Deſc. Corpus mediæ fere magnitudinis. *Caput* & *Antennæ* nigra. *Thorax* niger, utrinque linea lata rubra longitudinali. *Elytra* lurido-teſtacea, obſolete ſtriata. *Pectus* rubrum, medio nigrum. *Ab-*

* Elateris *Larvæ etiamnum latent.*

domen nigrum, medio rufum. *Pedes* ferruginei. *Faun.* 721.

Cruciatus. 3. E. (le porte-croix) thorace nigro lateribus ferrugineo, coleoptris flavis, cruce margineque nigris. *

Gadd. ſatag. 27.

Fab. 21.

De Geer, tom. 4. *p.* 149.

Geoff. 6.

Schæff. icon. t. 31. *f.* 5.

Faun. Fridr. 158.

Sulz. inſ. t. 6. *f.* 10.

Hab. in Europa. In Gallia.

Deſc. Magnitudo media ſ. majuſcula; *Antennæ* ferrugineæ. *Thorax* lateribus ferrugineus. *Coleoptra* flava, ſutura longitudinali late nigra. *Marginibus* lateralibus nigricantibus & faſcia etiam obſoletius nigra. *Pectus* lateribus rufum. *Abdominis* latera poſterius ſanguinea. *Pedes* rubri. *Faun.* 722.

Linearis. 4. E. (le linéaire) thorace nigro lateribus rufis, elytris teſtaceis linearibus. *

Faun. ſuec. 1. *n.* 582. Elater thorace rubro, elytris griſeis.

Uddm. diſſ. 46. Elater canthariformis niger, ano rufo, elytris ex rufo pallide fuſcis ſtriatis.

Fab. 25.

De Geer, tom. 4. *p.* 154.

Pontop. atl. dan. t. 16.

Enum. 349.

Poda gr. p. 41.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 320.

Faun. Fridr. 159.

Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V.

Deſc. Eſt inter minores ſui generis. *Caput* nigrum. *Thorax* ruber. *Elytra*

grifea, fingula feptem punctorum excavatorum ordinibus ftriata. *Regio* tota fubtus cum abdomine, pedibus, thorace fufca. *Faun.* 723.

Ruficollis. 5. E. (le collier rouge) thorace rubro nitido antice nigro, elytris corporeque nigris. *

Faun. fuec. 576. Elater niger, thorace rubro.

Enum. 351.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 321.

Fab. 33.

De Geer, tom 4. *p.* 153.

Schæff. icon. t. 31. *f.* 3.

Hab. in Europa. In Gallia, *ad Caftra Mariana.* V.

Defc. Inter noftros minimus vel reliquis fere dimidio minor. Totus ater, fed elytra, quæ etiam ftriata, parum ad cæruleum vergunt colorem. *Thorax* maxima ex parte ruber, fed antice niger, in medio tamen magis: poftice læviffimo margine elytra fpectante etiam niger, hinc thorax quafi fafcia tranfverfali lata, rubra, lunulata, cavitate lunulæ caput fpectante. *Antennæ* nigræ, non pectinatæ, fed articulis parum antice gibbis. *Faun.* 724.

Obf. Certe ruficollis *Linnæi* non eft ruficollis *Entom parif.* licet ipfe *Linn. Geoff.* citaverit; uti *de Geer.* Ruficollis *Geoff.* eft thoraicus *Fab.* In hoc thorax totus ruber & pedes nigri: in illo, thorax antice niger, pedes rubri f. teftacei. Differunt infuper magnitudine. V.

Lineatus. 6. E. (le rayé) niger, elytris obfcure lividis fufco fublineatis.

Hab.

Hab. in Germania. *D. Schreber.* In Gallia. V.

Corpus *mediocre, fuſcum.* Antennæ *ſubferrugineæ.* Elytra *obſcure livida lineis 2 nigricantibus, verſus ſuturam dorſalem poſitis.*

Obſ. In noſtris ſpeciminibus præter lineas ſuturæ longitudinalis, alia reperitur verſus marginem exteriorem. V.

Meſomelus. 7. E. (le méſomele) thorace margineque elytrorum ferrugineis, corpore elytriſque nigris. *

Fab. 31.

Hab. in Europa.

Deſc. Corpus nigrum mediæ magnitudinis, anguſtius. *Os* ferrugineum. *Thorax* ferrugineus linea longitudinali excavatus. *Elytra* nigra punctis excavatis ſtriata, margine exteriore teſtacea, unde inſolita facies. *Scutellum* nigrum, glaberrimum. *Faun.* 725.

Antecedenti paullo major. Pectus *in medio nigrum.* Anus *flavus.* Thorax *rugis aliquot impreſſis.*

Aterrimus. 8. E. (l'encre) ater, thorace opaco punctato, elytris ſtriatis. *

Uddm. diſſ. 45.

Fab. 14.

Enum. 344.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 321.

Geoff. le taupin en deuil.

Faun. Fridr. 160.

Hab. in Europa. In Gallia.

Deſc. Magnitudo media. *Corpus* totum carbonis inſtar aterrimus. *Thorax* ſcabriuſculus. *Elytra* profundius ſtriata cavitatibus quaſi crenulatis. *Faun.* 726.

Caſtaneus. 9. E. (le marron) thorace teſtaceo pubeſcente, elytris flavis apice nigris, corpore atro. * *Scop. carn.* 286.
Liſt. loqu. 387. Scarabæus ex fuſco rufeſcens ſ. caſtaneus.
Raj. inſ. 92. *n.* 6.
Fab. 23.
De Geer, tom. 4. *p.* 153.
Geoff. 4.
Schæff. icon. t. 11. *f.* 9.
——— *icon. t.* 31. *f.* 4.
Enum. 337.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 322.
Hab. in Europa. In Gallia.
Deſc. Pedes, alæ, antennæ ramoſæ & elytrorum apices, nigra. *Thorax* villis ſubcinereo-teſtaceis tectus. *Elytra* rubicunda. ſ. pallide incarnata, tenuiſſime ſtriata, apice nigro. *Antennæ* maris pectinatæ. *Faun.* 727.
Obſ. In noſtris thorax villis aureis tectus: reliqua ſimilia. *Magnitudo* variat uti color, etiam in mare. V.

Livens. 10. E. (le livide) niger, thoracis glaberrimi margine antico rubro, elytris teſtaceis. *
Fab. 24.
Schæff. icon. t. 11. *f.* 8.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Deſc. Statura præcedentis. *Corpus* totum etiam antennis pedibuſque nigrum. *Elytra* tota triſte flaveſcentia ſ. teſtacea. *Thoracis* margo anticus, imprimis lateribus, obſcure ſanguineus. *Faun.* 728.

Ferrugineus. 11. E. (le rouillé) thorace elytriſque ferrugineis, corpore thoraciſque margine poſtico nigris. *
Fab. 11.

Geoff. 1.
Schæff. icon. t. 19. *f.* 1.
Hab. in Suecia. In Gallia.
Desc. Plerisque nostratibus major; *totus* niger, exceptis thorace & elytris ferrugineis. *Thorax* margine postico vix manifesto ater dentesque thoracis postici obscuri sunt. *Scutellum* nigrum est. *Antennæ* serratæ, thorace paullo longiores. *Faun.* 729.

Sanguineus. 12. E. (le rouge) thorace atro, elytris rubris, corpore nigro. *
Scop. carn. 287.
Geoff. parif. 1. *p.* 131. elater 2.
De Geer, tom. 4. *p.* 151.
Fab. 36.
Schæff. elem. t. 60. *f.* 2.
— *icon. t.* 11. *f.* 8. 9.
Faun. Fridr. 162.
Hab. in Europa. In Galliæ arboribus.
Desc. Magnitudine & facie ad elat. testaceum accedit, sed *thorax* glaber, uti & *corpus* nigra. *Elytra* rubra striis minutissimis, ex punctis per 9 ordines in singulo elytro. *Antennæ* semipectinatæ. *Os* edentulum. *Faun.* 731.
Obs. Synonymia *D. Linnæi* Fabriciique in maxima parte emendanda. Elater sanguineus *D. Scopoli* species diversa; nec descriptio *n°.* 731. *Faun.* nec *n°.* 2. *hist. inf. parif.* convenit. Elater *n°.* 287. *Scop.* est elat. hæmatodes *F.* descriptio convenit, uti facile patet.

Balteatus. 13. E. (le baudrier) thorace atro, elytris antice dimidiato-rubris, corpore nigro.
Raj. inf. 78. *n.* 13. scarabæus minor, longo & angusto corpore, elytris bicoloribus e fulvo & nigro, saltatrix.

Fab. 37.
De Geer, tom. 4. *p.* 151.
Schæff. icon. t. 77. *f.* 2.
Faun. Fridr. 163.
Hab. in Europa. In Gallia Auſt. ſed rarior. V.
Deſc. Eſt inter minores. *Antennæ* filiformes. *Faun.* 732.

Marginatus. 14. E. (la bordure) thorace ſubfuſco, elytris teſtaceis margine undique nigris. *
Fab. 30.
Act. nidroſ. 3. 16. *t.* 6. *f.* 6.
Enum. 352.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Deſc. Corpus minoris magnitudinis, ſubtus fuſcum. *Caput* nigrum. *Thorax* fuſcus, lateribus ſanguineus. *Elytra* pallide teſtacea, margine omni nigra. *Pedes* pallide teſtacei. *Antennæ* fuſco-teſtaceæ.
Faun. 733.
Obſ. Variat admodum magnitudine. Reperiuntur enim alii aliis duplo triplove minores. V.

Sputator. 15. E. (le cracheur) thorace fuſco nitido, elytris teſtaceis, corpore nigro. *
Scop. carn. 285.
Faun. ſuec. 583. elater niger, elytris fuſcis, antennis pedibuſque rufis.
Fab. 39
De Geer, tom. 4. *p.* 151.
Schæff. icon. t. 19. *f.* 5. & non *f.* 11.
Faun. Fridr. 164.
Hab. in Europa. In arboribus Galliæ Auſt. ſed non frequens. V.
Deſc. Totus niger, ſed *elytra* fuſca ſeu cineraſcentia. *Pedes* rufi, adhuc antennæ magis rufæ. *Faun.* 734.

Obſcurus. 16. E. (l'obſcur) thorace fuſco-obſcuro, elytris obſcure teſtaceis. *
Sulz. inſ. t. 5. f. 35.
Fab. 26.
Enum. 347.
Geoff. flaveſcens.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 323.
Faun. Fridr. 165.
Hab. in Europa. In Gallia.
Simillimus præcedenti, ſed latior antenniſque brevioribus.
Deſc. Species difficillime dignoſcitur & determinatur, niſi ſolo colore obſcure fuſco, minime nitido. *Elytra* obſcuriſſime ſtriata. *Faun.* 735.

Triſtis. 17. E. (le triſte) thorace atro nitido, elytris baſi margineque exteriore lividis. *
Fab. 29.
De Geer, tom. 4. *p.* 158.
Schæff. icon. t. 194. *f.* 1.
Hab. in Europæ lignis putridis. *Ibid.* in Gallia. V.
Deſc. Corpus nigrum minoris magnitudinis. *Elytra* ad baſin macula oblonga triſte flava & margine exteriore pallido ſ. flavo. *Plantæ* ferrugineæ. *Faun.* 736.

Faſciatus. 18. E. (le faſcié) thorace nigro pallidoque vario, elytris nigricantibus, faſcia alba undulata. * *Scop. carn.* 281.
Fab. 17.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Deſc. Corpus nigrum, majuſculum. *Antennæ* breves. *Thorax* inæqualis, ex nigro & pallido variegatus. *Elytra* nigra, non ſtriata, ſed atomis nigris punctata; pone medium faſcia pallida

undata, sæpius interrupta & anterius macula pallida laterali. *Faun.* 737.

Murinus. 19. E. (la souris) thorace obscure cinereo, elytris cinereo-nebulosis, plantis rufis. *
Fab. 15.
Geoff. 10. apud *Fab.* ejusdem n°. 8. apud *de Geer.*
De Geer, *tom.* 4. *p.* 150.
Enum. 346.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 324.
Schæff. icon. t. 4. *f.* 6.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Corpus medium s. majusculum, nigro-cæruleum. Solæ *antennæ* & *pedum* plantæ ferrugineæ. *Faun.* 738.

Tessclatus. 20. E. (le plaqué) thorace obscure æneo, elytris fuscis, maculis pallidioribus confertis, unguibus rubris. *
Gadd. sat. 80. elater niger, pilis minimis flavo-æneis junctim intermixtis.
De Geer, *tom.* 4. *p.* 148.
Fab. 16.
Schæff. icon. t. 4. *f.* 7.
Faun. Fridr. 166.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Desc. Corpus mediæ magnitudinis, *subtus* nigrum, *supra* etiam nigrum, sed quasi ex cinereo variegatum s. murinum ex pilis vario ad lucem aspectu nitentibus. *Pedes* picei s. ex rufo nigri. *Faun.* 739
Obs. Historiam insectorum non memoraverunt *Linn.* & *de Geer*; & vero descript. *Linnæi* non convenit elat. tesselato *Geoff.* n°. 9. *Entom. paris.* Insuper apud *Fab.* tessclatus *Linn.* thoraicusque *Scop.* sunt synonymi. Utraque specimina ante oculos hanc assertionem delent. V.

Germanus. 21. E. (l'Allemand) thorace elytrisque atro-cæruleis, corpore toto pedibusque nigris. *
Hab. in Europa. In Gallia Aust. V.
Desc. Corpus totum subtus una cum pedibus antennisque atrum. *Thorax* & *elytra* nigro-cærulescentia. Hæc 10 striis exarata. *Faun.* 730.

Æneus. 22. E. (le bronzé) thorace elytrisque cærulescenti-æneis, pedibus sanguineis. *
Faun. suec. 578. elater viridi-æneus, pedibus fulvis.
Fab. 18.
De Geer, tom. 4. *p.* 149.
Enum. 339.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 335.
Faun. Fridr. 167.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Desc. Inter majusculos. *Elytra* striata. *Antennæ* filiformes. *Variat* colore nigro, æneo & viridi nitente. *Faun.* 740.
Obs. In elatere germano *corpus* cum pedibus antennisque atrum : in elat. æneo pedes sanguinei, inde distinctæ species videntur, licet una & eadem apud *Fab.* V.

Pectinicornis. 23. E. (le pectiné) thorace elytrisque æneis, antennis maris pectinatis. * *Scop. carn.* 278.
Faun. suec. 575. elater fusco-viridiæneus.
List. loqu. 387. *mut. t.* 17. *f.* 14. scarabæus nigro-virescens, corniculis altero tantum versu pectinatis.
Sulz. ins. t. 5. *f.* 36.
Poda ins. t. 1. *f.* 4.
Geoff. paris. 133. *n.* 7.

Fab. 19.
Bergſtr. Nomencl. I. *t.* 13. *f.* 11.
Raj, inſ. 92. 7.
Enum. 338.
De Geer, tom. 4. *p.* 145. *t.* 5. *f.* 3.-17.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 325.
—— *Schæff. icon. t.* 2. *f.* 4. —— *t.* 60. *f.* 3. *Elem. t.* 11. *f.* 1. & *t.* 60.
Hab. in Europa. In Gallia. Frequens in pratis montium. V.
Deſc. Mas thorace & elytris magis ſaturate viret & anguſtior eſt. *Antennis* valde pectinatis.
Fœmina magis ænea : thorace latiore nitidiore vireſcente: elytris magis nigricantibus. Antennis filiformibus minime pectinatis. *Faun.* 741.

Socialis. 24. E. (le ſocial) fuſcus, antennis elytrorumque marginibus ferrugineis.
Hab. in Luſitania.
Deſc. Magnitudo præcedentis, totus fuſcus. *Elytra* tenuiſſime ſtriata, margine tam exteriore quam interiore ad ſuturam longitudinalem rufo-ferrugineo. *Syſt. add.* 1067.

Niger. 25. E. (le noir) thorace lævi, elytris, pedibus corporeque nigris. *
Faun. ſuec. 1577. elater totus nigro-fuſcus.
Liſt. mut. t. 17. *f.* 14.
Raj. inſ. 92. *n.* 1. 2. 3.
Geoff. le taupin brun-nébuleux.
Faun. Fridr. 168.
Obſ. Elater niger *Linn.* non facile determinatur. In ſyſtemate n°. 8. *Geoff.* citatur, contra apud *de Geer* n°. 13. Igitur conferenda deſcript. *Linn.* V.
Deſc. *Totus* niger vel ad cinereum ſ.

fuſcum vergens ſ. colore murino. *Antennæ* in omnibus a me viſis abſque ramis ſunt. *Corpus*, ratione magnitudinis, brevius quam in reliquis. *Faun.* 743.

Obſ. Elet. ater & niger *Entom. pariſ.* ambo villoſi; ſed in elat. aterrimo *thorax* valde punctatus, in nigro glaber; adde quod aterrimus non confundendus eſt cum elatere 14 *Geoff.* nam in hoc pedes rubri vel fulvorubri. V.

Minutus. 26. E. (le pigmée) thorace nigro nitido, elytris nigris obſcuris.

Fab. 41.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Magnitudo vix dupla pediculi.

Diſc. *Corpus* totum nigrum. *Thorax* glaber. *Elytra* obſcure ſtriata. Magnitudine præcedentibus cedit, ſed ſequenti duplo major eſt. *Faun.* 744.

Pulchellus. 27. E. (le joli) thorace capiteque atris, elytris nigris, maculis flavicantibus, pedibus flavis. *

Fab. 44.

Enum. 354.

Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 325.

Hab. in Scania. In Gallia Auſt. V.

Deſc. Pediculo paullo major. *Caput* & *thorax* atra. *Elytra* nigra, ſtriata, antice faſcia repanda ſubinterrupta flava, pone medium punctum flavum, prope apicem macula longitudinalis flava. *Corpus* nigrum. *Pedes* flavi. *Faun.* 745.

Bupreſtoides. 28. E. (le bupreſtoïde) thorace caput recipiente, antennis pectinatis, corpore toto nigro. *

Hab. in Europa.

Desc. Magnitudo e mediis vel minoribus. *Corpus* totum nigrum. *Antennæ* ferrugineæ, longitudine thoracis, pectinatæ simplici serie, nec utrinque pallidiores. *Thorax* gibbus recipit caput ut in buprestide, sed postice utrinque dentatus ut in elateribus. *Elytra* tenuissime striata. *Pedes* breves. Ex natura videtur potius generis dermestidis. *Faun.* 742.

Dermestoides. 29. E. (le dermestoïde) subpubescens subfuscus, antennis subclavatis.

Geoff. elater clavicornis 16.

Hab. Upsaliæ. In Gallia.

Facies dermestidis, magnitudo elateris minuti. *Elytra* sordide fusca, subpubescentia.

Obs. Primo intuitu dermestes, sed dentes thoracis & imprimis incile ad antennas recipiendas ad hoc genus reducunt.

Ex Enum.

Nitens. 30. E. (le brillant) thorace elytrisque cærulescenti-æneis, pedibus obscure viridi-æneis.

Scop. 279.

Obs. Elat. æneo per omnia similis, solis pedibus abdomini concoloribus & non nihil pilosis diversus.

Hab. Inter olera Lincii.

Thoracicus. 31. E. (le ponctué) fuscus, thorax elytraque punctis albidis sparsis, abdomine supra fulvo.

Scop. 282.

Hab. in floribus euphorbiæ *cyparissiæ.*

Carbonarius. 32. E. (le charbonnier) ater, atro-farinosus, punctis minutissimis albis interjectis, antennis serratis. *t.* 2. *f.* 38.
Hab. Viennæ. In Gallia prope Nemausum. V.
Antennæ thorace breviores serratæ.
Inter majores.

Hæmatoceras. 33. E. (les antennes rouges) niger, antennis pedibusque rubris.
An *Geoff. n°.* 14?
Hab. in Galliæ gramine.

Austriacus. 34. E. (l'Autrichien) ferrugineus, oculis solis nigris, antennis thorace multo longioribus.
Hab. in Europa.

Purpureus. 35. E. (le pourpré) thorace atro, vellere raro purpureo, elytris purpureis, lineis duabus elevatis.
Fab. hæmatodes 35.
Sulz. inf. t. 6. *f.* 9.
Schæff. icon. t. 2. *f.* 6.
Hab. Hamburgi. In Galliæ pinis frequens circa Cambonium in Velaunia. V.
Desc. Color eggregius. *Antennæ* pectinatæ nigræ. *Scutellum* nigrum.

Fuscus. 36. E. (le sombre) niger, elytris nigro-æneis.
Hab. Lincii.

Ex spec. D. Fab.

Cupreus. 37. E. (le cuivreux) elytris dimidiato flavis.
Schæff. icon. t. 38. *f.* 2.
Hab. In Anglia. In Gallia Aust. V.

Filiformis. 38. E. (le filiforme) cinereo-fuſcus, immaculatus.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.* In Gallia Auſt. V.

Striatus. 39. E. (le ſtrié) niger, elytris fuſcis lineatis.
Hab. in Sueciæ graminoſis.

Limbatus. 40. E. (le limbe noir) thorace atro nitido, elytris teſtaceis, limbo nigro.
Hab. Kiliæ. *D. Lund.*

Marginatus. 41. E. (le marginé) thorace nigro, margine ferrugineo elytris teſtaceis.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Ex op. D. de Geer.

Rufus. 42. E. (le roux) totus rufus, oculis nigris.
Schæff. icon. t. 19. *f.* 1?
Obſ. Auſtriacum *D. Schrank* dicerem, ſi elytra non eſſent profunde ſtriata & ſi magnitudo non eſſet multo major.
Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V.

Fuſcus-major. 43. E. (le grand taupin brun) nigro-fuſcus, nitidus, pedibus fuſco-caſtaneis, abdomen ſupra rubrum.
Hab. in Europa. In Gallia prope Lugdunum. V.

Fuſcus-minor. 44. E. (le petit taupin brun) fuſcus, elongatus, capite thoraceque nigris, elytris obſcure fuſcis, pedibus antenniſque fuſcis.
Hab. ibid. ſed rarior. V.

Obtuſus. 45. E. (le racourci) corpore obtuſo ſubtus nigro, thorace nigro, elytris fuſcis griſeo-villoſis, antennis rufis.
Hab. in Europa.

Inæqualis. 46. E. (l'inégal) niger, maculis villosis griseis, elytris scabris, thorace cavitatibus impressis.

Hab. frequens in Galliæ salicibus.

Obs. Statura affinis elat. tesselato *Ent. paris.* sed non tesselatus. *Thorax* rugosus & inæqualis est.

Undulatus. 47. E. (l'ondulé) griseo-murinus, villosus, elytris fasciis tribus undulatis transversis nigris.

Hab. in Suecia. Larva sub lapidibus.

Nigro-maculatus. 48. E. (le tacheté de noir) capite nigro, maculis tribus oblongis nigris, elytris pallide fuscis.

Hab. in Suecia.

Æneo-niger. 49. E. (le bronzé) nigro-viridi-æneus, pedibus nigris.

Hab. in Suecia. In Gallia. V.

Desc. Thorax valde convexus, antennis pedibusque nigris.

Ex Fauna Fridrichsdalina.

Subfuscus. 50. E. (le tanné) thorace nigro, elytris rufo-fuscis, punctis striatis, abdomine rufo.

Hab. in arvis. In Gallia. V.

Siælandicus. 51. E. (le nébuleux) thorace nitido, elytris æneis, punctis striatis, nebula maculatis.

Hab. in Europa.

Inter majores.

6. Maculatus. 52. E. (les six taches) thorace nigro, margine elytrisque testaceis, maculis sex subfuscis glabris.

Hab. in ſylvis.

Badius. 53. E. (le bai) thorace abdomineque nitido nigro, elytris ſtriatis pedibuſque caſtaneis.
Hab. in arvis. In Gallia. V.

Ex Entom. pariſ.

Balteatus. 54. E. (le bedeau) niger, elytris fuſcis, ſingulo faſcia longitudinali fulva.
Hab. in Gallia, frequens in arvis.
Obſ. Diverſus ab elatere balteato *Linn.* inde nomen non convenit.
Variat magnitudine & forſan faſcia quæ ſæpe abeſt.

Rachifer. 55. E. (le porte-épine) niger, elytris fulvis, rachis nigris.
Hab. in Gallia.
Inter minimos.

Teſſelatus. 56. E. (le plaqué) niger, villoſo undulatus.
Hab. in agris Galliæ.
Ob rationes ſupradictas nomen infelix. V.

Melanophtalmos. 57. E. (les yeux noirs) fuſcus, oculis nigris.
Hab. in Gallia.
An Auſtriacus *D. Schranck?* V.

Fuſcus. 58. E. (le brunet) totus fuſcus, thorace punctato, elytris ſtriatis.
Hab. in Gallia.

Villoſus. 59. E. (le velu) fulvus vellere levi faſciatim conſperſus.
Hab. in Gallia.
Inter maximos.

Ex Entom. Scop.

Advena. 60. E. (l'étranger) niger, elytris teſtaceis, faſciis binis latis caſtaneis.
Hab. rarus in ſalicetis.
Obſ. Proximus elatere Syriaco *Linnæi.*

Iſtriacus. 61. E. (l'Iſtrien) niger, thorace elytriſque rubris.
Hab. in Iſtria Auſtriaca & circa Tergeſtum.

Degener. 62. E. (l'Intrus) niger, aureis punctis variegatus, thorace poſtice edentato.
Hab. circa Tergeſtum.
Anguli poſtici thoracis rotundati ſunt, non vero dentati, inde nomen.

Ex noſt. Muſ.

Occitanicus. 63. E. (le Languedocien) totus niger, elytris pallide rubris.
Hab. prope Nemauſum.
Inter majores hujus generis. *Antennæ* leviter dentatæ. Anguli thoracis validis ſpinis terminati ſunt, quæ ſpinæ extenduntur ſupra elytra.

Elongatus. 64. E. (l'alongé) caput nigrum, thorax ruber, elytris teſtaceis.
Hab. in Occitania.
Obſ. Valde coarctatus eſt ratione longitudinis, non tamen filiformis *Allioni;* nam inter majores hujus generis & non cinereus eſt.

Hepaticus. 65. E. (l'hépatique) totus ſupra & infra colore hepatico, thorace punctato, elytris punctato-ſtriatis.
Hab. in Breſſia, in ſylvis Montilleri.

GENUS XXIII.

CICINDELA. *Antennæ* ſetaceæ.
Maxillæ prominentes, denticulatæ.
Oculi prominuli.
Thorax rotundato-marginatus.

Campeſtris. 1. C. (la champêtre) viridis, elytris punctis quinque albis. * *Scop. carn.* 181.
Mouff. inſ. 145. *f. infima.*
Liſt. loqu. 386. *mut. t.* 17. *f.* 12.
Jonſt. inſ. t. 16.
Geoff. pariſ. 153. bupreſtis 27.
Fab. 3.
De Geer, tom. 4. *p.* 113. *t.* 4. *f.* 1.-6.
Schæff. icon. t. 34. *f.* 8. 9.
Sulz. inſ. t. 5. *f.* 37.
Enum. 357.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 328.
Bergſtr. Nomencl. 1. 15. 8. 9. 10. 11. *t.* 2. *f.* 8. 11.
Faun. Fridr. 173.
Hab. in Europæ Galliæque campis arenoſis.
Deſc. Inter coleoptera certe hæc ſpecies unica ex præſtantiſſimis dici debet, cum aureus nitor ex toto corpore radiet, vel cericeo fulgeat. *Elytra* ſupra viridia, planiuſcula, lævia, punctis aliquot albis notata; quorum *primum* ad baſeos angulum; *ſecundum* rotundum prope marginem; *tertium* lunulatum prope marginem; *quartum* oblongum ad marginem; *quintum* intra

Cicindelæ *inſectorum Tigrides veloces; larvæ etiamnum latent.*

tertium,

tertium, seu in medio elytri, reliquis interius; præter hæc & apex elytri albicat. *Alæ* fuscæ. *Thorax* angustus, rotundatus, viridi-nitens. *Caput* aureo-viride, depresso vertice. *Oculi* nigri, prominentes. *Os* prominens: labium superius obtusum, album. Maxillæ superiores prominentes; dentibus plurimis validis: inferiores maxillæ apice unico dente armatæ; sub his palporum duo paria, quorum superius constat articulis duobus, inferius quaternis. Labii inferioris loco palpi bini ex binis articulis pilosis. *Abdomen* viridi-aureum. *Pedes* longissimi, tenuissimi; ad basin femorum corpus quoddam ovale, durum. *Antennæ* filiformes, corpore breviores, 10 articulis. *Faun.* 746.

Hybrida. 2. C. (la bâtarde) subpurpurascens, elytris fascia lunulisque duabus albis. *
Scop. carn. 183.
De Geer, tom. 4. *p.* 115. *t.* 4. *f.* 8.
Fab. 4.
Enum. 355.
Schæff. elem. t. 43.
— *icon. t.* 35. *f.* 10.
Bergstr. Nomencl. 1. 26. *t.* 4. *f.* 5.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 328.
Geoff. bupr. fasciata apud *de Geer* & *Schrank*, non vero apud *Fab.* qui hanc cic. pro cicindela sylvatica *Linn.* habuit.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Statura omnino præcedentis, sed color purpurascenti-fuscus. *Elytra* in medio fascia alba, undata, similis sequenti speciei & ad marginem exteriorem baseós, uti etiam ad apicem, lunula alba. *Faun.* 747.

Germanica. 3. C. (l'Allemande) viridis, elytris puncto lunulaque apicum albis. *Scop. carn.* 182.
Poda inf. 42. *n.* 3.
Gron. zooph. 167.
Schreber inf. 10. *n.* 5. cicindela *obscurior* viridis, elytris punctis 4 lineolaque alba.
Geoff. parif. 1. *p.* 155. bupreftis 29.
Schæff. icon. t. 228. *f.* 3.
Fab. 11.
Enum. 358.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 329.
Hab. in Germania. *P. Forskæhl.* In Gallia.
Simillima cic. campeftri, fed triplo minor, tota æneo-viridis. Elytra *viridia apice lineola albicante & punctis* 2 *albis ad marginem exteriorem.*

Sylvatica. 4. C. (la fauvage) nigra, elytris fafcia punctifque duobus albis. *
Faun. fuec. 1. *n.* 549. cicindela atra, coleoptris maculis fex fafciaque albis.
De Geer, tom. 4. *p.* 115. *t.* 4. *f.* 7.
Fab. 5.
Petiv. gazop. t. 50 *f.* 5.
Schæff. icon. t. 4. *f.* 8.
Hab. in Europæ pinetis.
Defc. Facies omnino primæ, fed fefqui major. *Tota* atra eft, coleoptera depreffa, latiufcula; ad angulum exteriorem bafeos elytrorum punctum album; paullo fupra, juxta exteriorem marginem, aliud punctum, fed fublunatum, verfus apices elytrorum in fingulo elytro punctum rotundum, album; fafcia linearis, flexuofa f. undulata, arcuata, verfus pofteriora in medio deflexa, cingit in medio elytra: hæ maculæ omnes non conftant ex

pilis, cum elytra glabra infinitis punctis excavatis consperfa, sed translucent per ipsam crustam. *Alæ* membranaceæ, acutæ, venis fuscis & fascia fusca longitudinali juxta exteriorem marginem. *Femora* & *pedes* longi, tenues, atri, setis quibusdam, adspersi. *Tibiæ* spinis duabus terminatæ. *Thorax* angustior, teretiusculus, cruce depressa, uti caput niger. *Oculi* prominuli. *Os* prominens : *labium* superius atrum, rotundato-acutum. *Maxillæ* superiores magnæ, prominentes, nigræ, versus basin extus albæ, dentibus plurimis (5) duris armatæ. *Faun.* 748.

Obs. Ex his patet cicindelam sylvaticam non confundendam esse cum bupr. fasciata *Entom. paris.* in cicindela sylvat. caput, thorax, elytra supra, labium superius, atra. Hæc omnia inaurata in bupreste fasciata cujus labium superius album. V.

Maura. 5. C. (la noire) nigra, elytris punctis sex albis, tertio & quarto parallelo.

Fab. 24.

Hab. Algiriæ. *E. Brander.* In Sicilia. *D. Cyrillus.*

Statura cic. campestris. Frons *alba.* Elytra *punctis 6 albis longitudinalibus, ad marginem exteriorem, sed 3 & 4 transverse positis sæpe confluentibus.*

Riparia. 6. C. (de rivage) viridi-ænea, elytris punctis latis excavatis. * *It. œl.* 38. 121.

Geoff paris. 156. buprestis 30.

Lift. loqu. 385. scarabæus parvus inauratus.

Fab. elaphrus 1.

De Geer, tom. 4. *p.* 117. *t.* 4. *f.* 9.

Schæff. icon, t. 86. *f.* 4.

Sulz. inf. t. 6. f. 13.
Poda muf. gr. p. 42.
Enum. 359.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 330.
Faun. Fridr. 174.
Hab. in Europæ humentibus. *Ibid*, in Gallia.
Defc. Eft admodum parva, vix duo femina oryzæ æquans. *Os* prominens. Caput, thorax, abdomen, femora (non tibiæ). Pedes ex auro & cupro nitentia. *Oculi* nigri, prominentes. *Thorax* anguftus, teretiufculus. *Elytra* viridi-ænea, punctis latis excavata; in medio finguli puncti excavati punctum prominens. Puncta majora excavata connectuntur longitudinaliter linea elevata nigricante: quum fuperficies fit virefcens, fed punctorum fundus æneus, exfurgit fingularis color. *Faun.* 749.

Flavipes. 7. C. (les pattes jaunes) obfcure ænea, elytris fubnebulofis, pedibus luteis. *
De Geer, *t.* 4. *p.* 119.
Fab. elaphrus 2.
Faun. Fridr. 175.
Hab. in Europa. In Gallia Auft. V.
Defc. Magnitudo cic. aquaticæ. *Antennarum* bafis flavefcens. *Pedes* lutei. *Elytra* fubænea, obfcure nebulofa. *Faun.* 750.

Rupeftris. 8. C. (la craintive) nigra, thorace globofo, coleoptris punctis duobus fafciaque ferrugineis.
Fab. elaphrus 3.
Hab. in Europæ rupibus, frequentius fub lichenibus.
Magnitudo pediculi majoris, tota nigra, etiam pedibus. Elytra *antice macula*

ferruginea, in singulis singula, postice fascia utrisque communi triloba, ferruginea.

4. Maculata. 9. C. (les quatre taches) nigra, elytris fuscis, maculis duabus pallidis, tribus rufis. *

Faun. Fridr. 176.

Hab. in Europa.

Desc. Corpus nigrum, magnitudine pediculi. *Thorax* subglobosus. *Elytra* fusca, singula maculis duabus, altera anteriore, altera posteriore. *Antennæ tibiæque* rufæ. *Faun.* 751.

Aquatica. 10. C. (l'aquatique) ænea nitida, capite striato.

Faun. suec. 558. buprestis fusco-ænea nitida, thorace submarginato.

List. mut. t. 31. *f.* 13.

Schræb. inf. 6. cicindela pusilla.

Geoff. paris. 157. buprestis 31.

De Geer, t. 4. *f.* 118.

Fab. elaphrus 4.

Enum. 361.

Faun. Fridr. 177.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 331.

Hab. in Europæ Galliæque aquis.

Desc. Hæc minima est. *Antennæ* breves, capillaceæ. *Oculi* prominentes; tota nitida: *thorax* latiusculus, carinatus, marginatus. *Elytra* nitida striis minutissimis e punctis minutissimis. *Abdomen* nigro-nitidum. *Pedes* nigri. *Rostrum*, prominulum. *Faun.* 752.

Ex spec. Fab.

Biramosa. 11. C. (le double rameau) obscure ænea, elytrorum margine biramoso albo.

Enum. 256. cic. Viennensis mihi videtur.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Semi-punctata. 12. C. (la demi-ponctuée) æneo-nitida, elytris punctatis, dorso glaberrimo.
De Geer, tom. 4. *p.* 118. sed hæc *cic.* D. de Geer. *cic.* aquatica Linn. videtur.
Hab. Halæ-Saxonum & prope Lugdunum. V.

2. Guttata. 13. C. (les deux taches) ænea, elytris nitidis apice flavescentibus.
Iter Norwag.
Hab. in Norwagiæ aquis.

Ex Enum.

Caraboides. 14. C. (la caraboïde) thorace cordato, hemisphærico, marginato, elytris nigro-æneis, punctis copiosis impressis. *t.* 2. *f.* 39.
Hab. in sabulo insularum Danubialium prope Ottensheimium, velocissime currens.

Ex Faun. Fridr.

Danica. 15. C. (la Danoise) orichalcica: dorso speculifero.
Hab. in truncis excisis faginis.
Obs. Forsan varietas parvæ cicindelæ in Galliæ arboribus emortuis lectæ. V.

Punctata. 16. C. (la ponctuée) subænea, elytris nitidis, punctis plurimis albis.
Hab. prope aquas.

GENUS XXIV.

BUPRESTIS. *Antennæ* ſetaceæ, longitudine thoracis.

Caput dimidium intra thoracem retractum.

* *Elytris faſtigiatis.*

§. Guttata. 1. B. (les points blancs) elytris faſtigiatis muticis maculis quatuor albis, corpore cærulæo.

It. ſcan. 23.
Uddm. diſſ. 42.
Geoff. pariſ. 126. cucujus 2.
Fab. 32.
De Geer, tom. 4. *p.* 132. *t.* 4. *f.* 20.
Schæff. icon. tom. 31. *f.* 1.-*t.* 204. *f.* 4.
Hab. in Europa. In Gallia.

Magnitudine *cedit noſtratibus majoribus.* Antennæ *nigræ, longitudine thoracis.* Caput *nigrum aut cæruleum, lineola alba ante oculos.* Thorax *niger aut cæruleus margine albo.* Elytra *nigra aut cærulea ſtriata, obtuſiſſima, maculis octo albis longitudinaliter digeſtis.* Abdomen *cæruleum cum linea alba utrinque verſus baſin tranſverſa, & in ſingulo ſegmento utrinque par punctorum alborum; ut ſint ſub abdomine maculæ* 18 *albæ.* Pedes *cærulei cum puncto albo in femoribus quatuor poſterioribus.* Variat *colore cæruleo, nigro, aureo abſque vel cum maculis.*

Obſ. Caduca deſc. *Fauna* 753; hoc inſectum optime deſcriptum eſt in ſyſt. Obſervandum tamen quod puncta ſegmentorum abdominis numero variant,

inde error facilis. In meis ſpeciminibus guttæ flavæ & non albæ. Puncta femorum poſteriorum pariter flava. Cætera conveniunt cum deſcript. *Linnæi.*

Obſ. Reperiuntur ſæpe ſpecimina in quibus puncta abdominis abſunt.

** *Elytris verſus apicem ſerratis.*

Mariana. 2. B. (le ridé) elytris ſerratis longitudinaliter rugoſis : maculis duabus impreſſis, thorace ſulcato. *Muſ. Lud. Ulr.* 89. *

Faun. ſuec. 557. bupreſtis æneo-nitida ſupra cinerea, coleoptris apice attenuatis.

Pet. gaz. t. 2. *f.* 2. cantharis marianus viridis perelegans, vaginis ſulcatis ſignaturis flaveſcentibus notatis.

Fab. 20.

De Geer, tom. 4. *p.* 128. *t.* 4. *f.* 18. 19.

Schæff. icon. t. 49. *f.* 1.

Enum. 362.

Hab. in Europa. In Gallia Auſt. V. In America.

Deſc. Eſt e maximis. *Elytra* apice truncata, attenuata, ſupra cinerea; ſtriata, abſque maculis, interlucente aureo nitore. *Faun.* 754.

Obſ. Add. cum *D. Schrank* in *enum. inſect. auſtriæ* rugas longitudinales, irregulares, in ſingulis elytris maculas impreſſas & has cavitates omnes cupreo-auratas. V.

Chryſoſtigma. 3. B. (les points dorés) elytris ſerratis longitudinaliter ſulcatis, maculis duabus aureis impreſſis, thorace punctato. *

Faun. ſuec. 1. *n.* 556. bupreſtis fuſco-ænea, elytris maculis æneis impreſſis.

Sulz. inſ. t. 6. *f.* 39.

Geoff. pariſ. 125. cucujus 1.
De Geer, *tom.* 4. *p.* 130.
Schæff. elem. t. 31. *f.* 1. 2.
Fab. 26.
Hab. in Europa. In Gallia.
Deſc. Caput, ut in reliquis, maxima ex parte intra thoracem receptum, hinc in hiſce torvus adſpectus. *Oculi* pone vireſcentes. *Thorax* rubro-æneus. *Elytra* fuſco-ænea, ſingula ſulcis quatuor aut quinque exarata; punctis quatuor (in ſingulis elytris binis) in figuram quadratam poſitis, impreſſis, deauratis. *Antennæ* ſetaceæ, breviſſimæ. *Abdomen* dorſo cæruleum. *Faun.* 755.

Ruſtica. 4. B. (l'azuré) elytris ſtriatis faſtigiatis, thorace punctato. *
Defc. Corpus fubrotundum. *Antennæ* articulis quinque, oblongis, viridibus, infimo minuto. Caput, thorax, fcutellum, elytra viridia, fcabriufcula: apex fcutelli flavus. *Alæ* fuperiores albidiores, inferiores majores magis fufcæ. *Venter* totus fubtus viridis, a dorfo vero niger. *Roftrum* articulis quatuor, infimo adnato. *Lingua* fetacea roftro longitudinaliter immerfa: mandibula fuperior breviffima, fubulata, linguam deprimens. Eft maximus inter noftrates. *Dorfum* fub alis non rubrum, fed atrum. *Faun.* 930.

Prafinus. 58. C. R. (la livrée verte) fubrotundus totus viridis, fcutello concolore. *
De Geer tom. 3. *p.* 266.
Entom. parif. 61. & non juniperinus ut notatur.
Fab. 96.
Fuefl. inf. Helv. 25. 488.
Faun. Fridr. 259.
Enum. 522.
Poda gr. p. 56.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 489.
Defc. Similis præcedenti, fed paullo major. *Thorax* magis angulatus. *Elytrorum* margines laterales minime flavi. *Subtus* viridis vel rufefcens in alis. *Faun.* 931.

Cæruleus. 59. C. R. (la bleue) ovatus cæruleus immaculatus. *

Geoff. parif. 1. *p.* 482 *n.* 75.
De-Geer tom. 3. *p.* 268.
Fab. cim. 129.
Fuefl. inf. Helv. 25. 489.
Enum. 530.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 489.
Hab. in Europa. In Gallia.
Defc. Corpus obfcuro-cæruleum. *Alæ* fuperiores fubfufcæ. *Sulcus* dorfalis thoracis nullus. *Faun.* 933.

Morio. 60. C. R. (le morio) ovatus ater, plantis rufis. *
Enum. 528.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 489.
Forfan. *Entom. parif.* fumofus. 73.
Hab. in Europa.
Defc. Statura prioris, fed totus aterrimus, membranaceis alis minime maculatis. *Faun.* 932.

Oleraceus. 61. C. R. (des potagers) ovatus cæruleo-æneus, thorace lineola fcutelli apice elytrifque puncto albo rubrove. *
Raj. inf. 54. *n.* 6. cimex fylveftris cærulefcens.
Geoff. parif. 1. *p.* 471. *n.* 74.
De Geer tom. 3. *p.* 266. *t.* 15. *f.* 22. 23.
Fab. cim. 126.
Faun. Fridr. 260.
Schæff. icon. t. 46. *f.* 4. 5.
Fuefl. inf. Helv. 25. 492.
Enum. 532.
Poda gr. p. 57.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 490.
Hab. in Europa. In Gallia. Deftruxit tetradynamias noftras 1760.
Defc. Dorfum totum cærulefcens, æneonitens, cum capite, thorace, elytris. *Thoracis* linea in medio dorfi longitu-

dinalis, versus elytra desinens lineola transversa. *Scutelli* apex ut & macula e regione in singulo elytro solitaria colorata, ut & punctum parvum ad latus scutelli utrinque, margo denique lateralis corporis, his color vel albidus vel ruber. *Pedes* & *Antennæ* nigræ. *Corpus* subtus nigro-cærulescens. *Variat* maculis albis & rubris, tamen eadem species ex figura ut ex copula patuit; mas scilicet maculis albis, fœmina vero rubris nitet. *Faun.* 934.

Biguttatus. 62. C. R. (les deux points) ovatus niger margine undique albo, elytris puncto albo. * *Scop. carn.* 356.
Fab. 128.
Enum. 529.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 890.
Fuesl. inf. Helv. 25. 492.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Desc. Statura cim. oleracei, sed minor: totus niger, sed in singulo elytro punctum album, minimum; margo thoracis & elytrorum albus. *Faun.* 935.

Bicolor. 63. C. R. (la bicolor) ovatus niger, elytris nigro alboque variis, alis albis. * *Scop. carn.* 357.
Pet. gaz. t. 14. *f.* 7. cimex niger albo maculatus.
List. loqu. 396. cimex niger maculis candidis.
Raj. inf. 54. *n.* 5. cimex sylv. parvus, corpore rotundiore.
Geoff. parif. 1. *p.* 470. *n.* 73.
De Geer tom. 3. *p.* 268.
Faun. Fridr. 261.
Enum. 534.
Poda gr. p. 57.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 491.
Fab. cim. 125.
Fuesl. inf. Helv. 26. 494.
Schæff. icon. t. 41. *f.* 8. 9.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Magnitudo & figura antecedentis. *Totus* dorso niger. *Elytra* nigra, macula ad marginem exteriorem alba lunari juxta basin & alia macula alba juxta apicem ad marginem; antice ad marginem thoracis utrinque alba macula. *Faun.* 936.

Ornatus. 64. C. R. (l'ornée) rotundato-ovatus, nigro rubroque varius, capite alisque nigris. *
Scop. carn. 361.
Sulz. inf. t. 11. *f.* 73.
Geoff. parif. 1. *p.* 459. *n.* 69.
Fab. cim. 119.
Schæff. icon. t. 60. *f.* 10.
Fuesl. inf. Helv. 26. 495.
Faun. Fridr. 262.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Est inter latissimos & maximos hic cimex. *Caput* & *thorax* a tergo ruber, maculis duabus magnis bifidis dehiscentibus capiti contiguis. *Scutellum* nigrum macula oblonga versus thoracem bifurca, versus apicem capitata. *Elytra* rubra punctis duobus nigris, altero intra apicem, altero intra marginem medium exteriorem; macula nigra, oblonga secundum marginem interiorem ampliata inter duo puncta. *Alæ* & *pedes* nigra. *Abdominis* margo a dorso rubro nigroque variegatus. *Faun.* 937.

Festivus. 65. C. R. (l'élégante) ovatus rubro nigroque varius, thorace punctis sex nigris, alis fuscis albo marginatis.

Scop. carn. 362. cimex dominulus.
Enum. 537.
Entom. parif. 71.
Fab. cim. 70.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 491.
Hab. in Germania, Gallia Americaque Boreali.
Obf. Cim. feftivus a cimice ornato diftinguitur quod in hoc puncta nigra lineis rubris aut flavis claudantur, in cim. feftivò non. Infuper cim. ornati *abdomen* infra punctatum in medio, quod non videtur in cim. feftivo. *D. Geoff.*
Statura *cim. bicoloris, fed magis oblongus.* Caput *rubrum, nigro maculatum.* Thorax *ruber punctis nigris, 2 anticis, 4 pofticis.* Scutellum *rubrum macula bafeos nigra.* Elytra *margine interiore macula tranfverfa nigra & ad apicem puncto nigro.* Abdomen *rubrum fubtus latera punctis nigris.* Variat *colore luteo loco rubri.*

Ruber. *66.* C. R. (la rouge) ruber, alis fufcis, elytris lineola tranfverfa alba. *
Hab. in urticis aliifque plantis.
Defc. Cimicis domeftici magnitudo. *Totus* ruber abfque ulla notabili nigra macula. *Elytra* puncto five macula atro-purpurea in medio. *Alæ* fufcæ. *Abdomen* fub elytris nigricans; *lineola* tranfverfa albida in medio elytrorum juxta marginem exteriorem. *Faun.* 938.

Acuminatus. *67.* C. R. (la pointue) ovalis antice attenuatus cinereo exalbidus, antennis incarnatis. *
Raj. inf. 56. *n.* 6. mufca cimiformis.
Lift. mut. t. 31. *f.* 20.

Geoff. parif. 1. *p.* 472. *n.* 77.
De Geer tom. 3. *p.* 271. *t.* 14. *f.* 12. 13.
Fab. cim. 135.
Schæff. icon. t. 42. *f.* 11.
Fuefl. inf. Helv. 26. 498.
Hab. in Europa. In Gallia.
Defc. Ovatus eft, fed thorax, cum acumine admodum attenuatus, apice fex fronte tamen obtufus. *Caput, thorax, fcutellum* cinereo-exalbida, punctis minutiffimis nigricantibus adfperfa; a thorace per caput duæ fafciæ fubfufcæ, longitudinales, verfus frontem tendentes. *Antennæ* incarnatæ aut rufefcentes. *Abdomen* poftice truncatum & fere bidentatum. *Faun.* 939.

Leucocephalus. 68. C. R. (la leucocéphale) ovatus niger, capite pedibufque flavis. *
Fab. cim. 192.
Entom. parif. 78. *an ?*
De Geer tom. 3. *p.* 290.
Hab. in Europa.
Defc. Corpus parvum, ovatum, totum atro-nitens. *Caput* flavum. *Oculi* nigri. *Antennæ* nigræ, bafi flavæ. *Pedes* flavi. *Faun.* 940.

Minutus. 69. C. R. (la petite) ovatus) elytris lividis apice fufcis. *
Hab. in Europa.

Ex op. D. de Geer.

Dentatus. 70. C. R. (la dentelée) ovatus, fupra fufco-viridis, fubtus flavenfcens; thorace linea tranfverfa flava, elytris rubro marginatis, ano bidentato rubro.
Hab. in Europæ Galliæque arboribus, in betulæ foliis.

Desc. Caput, thorax, scutellum, elytra minus magisve fusco-viridia. *Corpus* infra pedesque flavescenti-viridia. *Abdomen* supra nigrum. *Antennarum* infimus articulus viridis, reliquis fuscis. *Anus* ruber spinis rubris armatus. V.

Griseus-nigro-punctatus. 71. C. R. (la grise ponctuée) ovatus griseus, albo marginatus nigroque punctatus, abdomine æneo-nigro.
Hab. in Europa.
Desc. Parvus ovatus, sed thorax parum angulatus. *Caput, thorax, scutellum, elytra* punctis concavis nigris dense adspersa. Thorax & abdomen versus latera linea alba tenui notata. *Caput, thorax scutellum*que in duas partes longitudinales, linea, alba æqualiter divisa. *Antennarum* articuli V.

Ex spec. D. Fab.

Dissimilis. 72. C. R. (l'extraordinaire) ovatus supra viridis, subtus ferrugineus.
Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*
An cim. prasini mera ætatis varietas?

2. Punctatus. 73. C. R. (les deux points) ovatus, obscure rufus, scutello punctis duobus apiceque albis, abdomine margine nigro punctato.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.*
Desc. Magnitudo cim. oleracei. *Caput* fuscum. *Antennæ* basi pallidæ apice nigræ. *Thorax* & *elytra* obscure rufa. *Scutellum* concolor, punctis duobus elevatis ad basin apiceque albo. *Corpus* subtus griseum, margine abdominis tenuissime albo, nigro punctato. *Pedes* pallidi.

Melanocephalus. 74. C. R. (la mélanocéphale) ſubrotundus griſeus, capite ſcutellique baſi nigro-æneis.
Hab. in Anglia. In Italia. *Muſ. D. Banks.*

Ex faun. Fridr.

Bifaſciatus. 75. C. R. (la bifaſciée) ovatus niger, elytris faſciis duabus luteis.
Hab. in Europæ urtica.

Ex Entom. pariſ.

Carbonarius. 76. C. R. (la noire) ovatus totus niger, alis pallidis.
Fab. cim. 131.
De Geer tom. 3. *p.* 269.
Enum. 527.
Hab. in Europa. In Gallia.
Obſ. Tibiæ ſpinoſæ.

Fumoſus. 77. C. R. (l'enfumée) ovatus fuſco-niger, alis pallidis.
Hab. in Europa. In Gallia.

Limboſus. 78. C. R. (la bordée) ovatus niger, elytrorum limbo ext riore albo.
Hab. in Europa. In Gallia.

Ex Enum.

Albo-marginatus. 79. C. R. (la bronzée-bordée) ovatus cæruleo-æneus, thorace elytriſque albo marginatis. *t.* 3. *f.* 21.
Scop. 355.
Beytr. Zur. Nat. p. 80. §. 35.
Hab. in agro Viennenſi. In Gallia Auſt. V.
Obſ. A cimice cæruleo margine albo præcipue differt. V.

Flavatus. 80. C. R. (la bordure jaune) ovatus, niger, ſcutello elytrornm apice lateribuſque flavis, thoracis margine lineaque media, flavis.
Beytr. Zur. Nat p. 70. §. 34.
Hab. Viennæ.
Obſ. Cimicis oleracei forſan varietas.

Venuſtiſſimus. 81. C. R. (l'argentée) ovatus argenteus, capite, thoracis ſcutellique baſi, violaceo-æneis.
Beytr. Zur. Nat. p. 8. §. 36.
Hab. Lincii.
Obſ. In mortuis color violaceus in viridem abit. *Antennæ* conſtant articulis quinque.

Ex noſt. Muſ.

Variabilis. 82. C. R. (la variable) ovatus viridis totus, thorace & capite luteo faſciatis aut non faſciatis.
Hab. in Occitania.
Deſc. Affinis cim. juniperino, praſino & forte inſignis varietas.

g SETICORNES. *Antennis apice ſetaceis.*

Perſonatus. 83. C. S. (la maſquée) roſtro arcuato, antennis apice capillaceis, corpore oblongo ſubvilloſo fuſco. *Scop. carn.* 379.
Friſch. inſ. 10. *t.* 20. cimex ſtercorarius major oblongus.
Rœſ. inſ. 56. *n.* 3. muſca cimiciformis.
Liſt. loqu. 379. *n.* 38.
Sulz. inſ. t. 11. *f.* 74?
Geoff. pariſ. 397. *n.* 38.
De Geer tom. 3. *p.* 281. *t.* 15. *f.* 1.-9.
Enum. 543.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 493.
Schæff. icon. t. 13. *f.* 6. 7.
—— *icon. t.* 57. *f.* 9.
Fuesl. inf. Helv. 26. 499.
Fab. reduvius. 1.
Faun. Fridr. 263.
Hab. in Europa. In Gallia.
Obs. Confumit cimices lectularios hujus larva horrida perfonata.
Desc. Larva erat vifu horrenda aranear vel phalangium referens, tota hirfuta, lacera, cinerea, arenam vel potius terram ficcam mentiens. *Caput* & *antennæ* ut in reliquis erant & nuda. *Antennæ* fetaceæ, nudæ, infimo articulo villofo, articulis tribus nudis: probofcidem fub capite habebat incurvatam. Pedes fex poftici longiffimi, clavati, verfus ungues omnes craffi: miro modo curfitat, nec pares pedes fimul movet fub inceffu, fed diverfiffimos, hinc inceffus admodum monftrofus. Tota fpurcitie obtecta eamque facile deponit quam primum penna abftergitur, unde apparet non effe proprios crines, fed mutuatos & undique corpori impofitos, ne a quoquam obfervetur. Victitat raptu. Edit mufcas & alia infecta. *Faun.* 94.
Desc. infectum magis aut minus rufum. *Antennæ* villofæ. *Elytrum* vix adparet & a parte membranacea vix diftinguitur. Valde elongatum animal. *Alæ* pulcherrime coloratæ. *Pedes* pallidi, pofteriores elongati. *Abdomen* fubtus nigricans. V.

Trifafciatus. 84. C. S. (la trifafciée) antennis apice capillaribus, corpore oblongiufculo nigro rubroque varius.

Fab. cim. 202.
Schæff. icon. t. 13. *f.* 8.
Hab. in Germania.
Corpus *nigrum.* Thorax *lateribus & ſubtus ruber.* Elytra *rubra*, *macula communis nigra ad baſin*, *faſcia nigra in medio*, *apices nigri.* Alæ *fuſcæ.* Abdomen *rufum.*

Semi-flavus. 85. C. S. (la bedaude) antennis apice capillaribus, corpore oblongiuſculo nigro, thorace pedibuſque teſtaceis.
Hab. in Suecia.
Statura *cim. atri.* Caput *inter oculos*, thorax *ſupra & ſubtus*, *pedeſque teſtacea ſ. ferruginea.* Antennarum *baſis etiam teſtacea.* Pili *antennarum baſi albi.*

Annulatus. 86. C. S. (l'annulaire) roſtro arcuato, antennis apice capillaribus, corpore oblongo, ſubtus ſanguineo maculato. *
Geoff. pariſ. 1. *p.* 437. *n.* 5.
De Geer tom. 3. *p.* 286.
Fab. reduvius 9.
Sulz. inſ. t. 10. *f.* 13.
Schæff. icon. t. 5. *f.* 10. 11.
Fueſl. inſ. Helv. 26. 500.
Hab. in Europa. In Gallia.
Deſc. Corpus oblongum. *Caput* minimum, anguſtiſſimum, nigrum, exſertum. *Antennæ* ſetiformes, longæ. *Abdomen* margine acuto aſſurgente, coccineo, faſciis quinque nigris, ano rubro. *Roſtrum* longum, nigrum, arcuatum. *Tibiæ* ſanguineæ. *Femora* prima annulis coccineis tribus, media coccinea tota. *Faun.* 943.

Ater. 87. C. S. (l'encre) antennis apice capillaribus, corpore oblongiuſculo atro.
Geoff. pariſ. 1. *p.* 460. *n.* 54.
Fab. cim. 197.

Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Differt. a cim. saltatorio, quod hic major & immaculatus, quod in sicco vivat nec saltet, quod *antennæ* clavatæ terminentur seta tenuissima pallidiore. *Rostrum* ab basin flavescens. *Faun* 944.

Gothicus. 88. C. S. (la gothique) antennis apice capillaribus, corpore oblongo nigro, scutello elytrorumque apicibus coccineis. * *Scop. carn.* 381.
Geoff. paris. 1. *p.* 445. *n.* 18.
Enum. 545.
Müll. Lin. Nat. cl. v. *p.* 495.
Fab. cim. 206.
Schæff. icon. t. 13. *f.* 5.
Fuesl. inf. Helv. 26. 501.
Faun. Fridr. 270.
Hab. in Europa.
Desc. Corpus oblongum, mediæ magnitudinis. *Antennæ* nigræ, setaceæ, longitudine corporis. *Thorax* lateribus ruber. *Scutellum* coccineum. *Elytra* nigra, margine exteriore longitudinali flavescente; apice elytrorum in alis macula parva saturate sanguinea. *Faun.* 966.

Ex faun. Fridr.

Gallæ. 89. C. S. (des galles) oblongus, antennis pedibusque incarnatis, elytris fulvis, apice nigricante.
Hab. in galla nervi folii quercini albida mutationem passa.

Ex op. D. de Geer.

Subapterus. 90. C. S. (la subaptere) oblongus griseus, antennis setaceis capillaceis,

roſtro brevi arcuato, alis breviſſimis, abdomine nigro punctato.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Obſ. Solam fœminam deſc. *D. de Geer.*

Ex ſpec. D. Fab.

Flavicollis. 91. C. S. (le collier jaune) oblongus niger, capite, thorace pedibuſque rufis, antennis apice capillaribus.
Hab. in Anglia. *Muſ. D. Banks.*

Tyrannus. 92. C. S. (la cruelle) oblongus ater, roſtro, femoribus ſanguineis, antennis apice capillaribus.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.*
Obſ. Pedes rufi, femoribus, imprimis anticis, nigro annulatis.

Schach. 93. C. S. (la Schach) oblongus ater, capite, ſcutello maculiſque duabus elytrorum coccineis, antennis apice capillaribus.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.* In Gallia Auſt. V.

Olivaceus. 94. C. S. (l'olivâtre) oblongus, elytris fuſco-ferrugineis, apice coccineis, puncto atro, antennis apice capillaribus.
Schæff. icon. t. 13. *f.* 2.
Hab. in Germania. *D. Schulz* In Gallia Auſt. V.

Capillaris. 95. C. S. (la capillaire) oblongus flaveſcens, elytris apice coccineis, antennis nigris apice capillaribus.
Hab. in Lipſiæ hortis.

Seticornis. 96. C. S. (la ſéticorne) oblongus ater, elytris fuſcis, baſi pallidis apiceque

punɛto coccineo, antennis apice capillaribus.

Hab. Lipsiæ.

Variat rarius capite rufo.

Spissicornis. 97. C. S. (la formidable) oblongus niger, pedibus flavis, antennis incrassatis, apice capillaribus.

Hab. Hamburgi. *Dr. Schalz.* In Gallia. V.

Desc. Antennæ crassæ, nigræ, apice capillares, pallidiores. *Corpus* nigrum, elytris immaculatis. *Alæ* cærulescentes. *Pedes* pallide flavescentes.

Ex Entom. Carn.

Hybridus. 98. C. S. (la bâtarde) niger, rostro arcuato; elytri corio rubro; maculis binis atris; membrana fucescente ad basin macula nigra notata. *Abdomine* rubro, genitalium regione nigra.

Hab. in Carniolæ collibus. In Gallia Aust. V.

Variat abdomine nigro. V.

Iracundus. 99. C. S. (la violente) niger, rostro arcuato basi rubro; thorax macula rubra; elytri corio pauco rubro; femoribus anticis crassioribus, rubris, nigro fasciatis. *t.* 3. *f.* 22.

Fab. reduvius 21.

Poda gr. 58. 17.

Beytr. Zur. Nat. p. 81. §. 37.

Enum. 544.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Obs. Differt a cim. annulato. *Linn.* 1°. corpore subtus nigro; 2°. abdomine non fasciato, sed maculis marginalibus nigris; 3°. rostro basi rubro; 4°. tibiis nigris, fascia postica rubra, variegatis; 5°. femoribus primis non tribus annulis

coccineis, sed rubris apice nigris, binisque fasciis nigris; 6°. femoribus mediis non coccineis totis, sed nigris, fascia rubra. *Scop.*

Meriopterus. 100. C. S. (la merioptere) antennæ articulus secundus compressus, villosus, terminatus articulis binis setaceis pallidis; rostrum pedesque citrini.
Hab. in floribus origani vulgaris & eupatorii cannabini. In Gallia Aust. lectus prope Nemausum. V.
Obs. Species rarissima. Antennæ graves & duplo certe crassiores quam femora antica.

Umbellatarum. 101. C. S. (des ombelliferes) ferrugineus, femoribus apice fusco fasciatis, abdomine supra fusco.
Hab. in floribus plantarum umbelliferarum. In Gallia. V.

Fulvipes. 102. C. S. (les pattes fauves) niger, elytri corio fusco, basi apiceque albo, pedibus fulvis.
Hab. in Europæ corylo. In Gallia Aust. V.

Genistæ. 103. C. S. (du genêt) totus fuscus, raro canescente brevissimo & decumbente villoso adspersus; alis hyalinis.
Hab. in Europæ genista tinctoria. *Ibid.* In Gallia. V.

Flavipes. 104. C. S. (les pattes jaunes) niger, antennis trinodibus, rostro pedibusque flavis.
Hab. in Europæ hortis.

Ex Entom. paris.

Croceus. 105. C. S. (la safranée) niger, capite,

thorace, pedibusque rufis, antennarum articulo secundo incrassato.
Hab. in Gallia.

Ternatus. 106. C. S. (la ternée) oblongus niger, thorace fasciis flavis, scutello elytrorumque apice maculis duabus flavis.
Hab. in Gallia.

Albinus. 107. C. S. (la verdâtre) oblongus viridis, elytrorum apice albido scutello lineola fusca.
Hab. in Gallia.

Obs. Variat thorace immaculato.

Ex Enum.

Trilineatus. 108. C. S. (la trilinéaire) oblongus fuscus, thoracis lineis tribus longitudinalibus, elytrorumque apice rubris.
Hab. raro in hortis Austriæ inferioris.

h OBLONGI.

Laniarius. 109. C. O. (l'ensanglantée) oblongus rufus, elytris apice sanguineis, thorace nigricante, abdomine flavo.
Hab. in Suecia.
Corpus *mediocre, subtus sulphureum.* Caput *rufum.* Antennæ *sanguineæ articulis apice nigricantibus.* Thorax *fuscus, postice in medio niger.* Elytra *rufa apicibus sanguineis.* Anus *supra sanguineus.*

Hyoscyami. 110. C. O. (de la jusquiame) oblongus rubro nigroque varius, alis fuscis immaculatis. * *It. œl.* 155. *
Pet. gaz. t. 62. *f.* 2. cimex hyoscyamoides ruber, maculis nigris,

Lit.

Lift. loqu. 397. *mut. t.* 31. *f.* 21. cimex miniatus, nigris maculis, hyofcyami.
Raj. inf. 55. cimex fylveftris minor, corpore oblongo angufto.
Geoff. parif. 441. *n.* 12. cimex fcutelli nigri apice rubro.
Sulz. inf. t. 11. *f.* 75.
Schæff. icon. t. 13. *f.* 1.
Fuefl. inf. Helv. 26. 502.
De Geer tom 3. *p.* 274. *t.* 14. *f.* 14.-16.
Fab. cim. 144.
Enum. 539.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 496.
Faun. Fridr. 264.
Hab. in hyofcyamo.
Obf. Ne confundas cum. cim. equeftri.
Defc. Caput nigrum in medio rubrum. *Thorax* ruber, antice niger, poftice duabus nigris angulatis maculis. *Elytra* rubra; macula nigra in medio elytri five duæ in medio dorfi. *Scutellum* nigrum apice rubro. *Regio* abdominis fub fcutello nigra. *Abdomen* rubrum, fupra anum nigrum, fubtus lineis nigris tranfverfis. *Alæ* fufcæ five nigræ, ftriatæ, abfque maculis ullis albis. *Antennæ* pedefque rubri. *Roftrum* articulis quatuor. *Faun.* 945.

Equeftris. 111. C. O. (la chevaliere) oblongus rubro nigroque varius, alis fufcis albo maculatis. * *It. œl.* 155. *Muf. Lud. Ulr.* 177.
Geoff. parif. 1. *p.* 442. *n.* 14.
Scop. carn. 369. cimex fpeciofus.
Schæff. elem. t. 44. *f.* 2.
—— *icon. t.* 48. *f.* 8.
De Geer tom. 3. *p.* 276.
Fab. cim. 142.
Poda gr. 59.

Enum. 540.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Similis est cim. hyoscyami, sed duplo major. *Corpus* supra rubrum. *Caput* in midio rubrum utrinque nigrum. *Thorax* ruber antice & pone niger. *Scutellum* medio nigrum, lateribus rubrum, nigredine aucta macula cordata nigra versus scutelli apicem. *Fascia* nigra, inæqualis, transversa, coleopterorum in medio. *Alæ* fuscæ, maculis albis. *Thorax* subtus niger. *Abdomen* rubrum ad latera quinque utrinque punctis, duplici ordine, nigris & subtus utrinque tribus lineolis nigris notatum. *Anus, antennæ, pedes,* nigra. Antennæ quatuor articulis. *Faun.* 946.

Apterus. 112. C. O. (l'aptere) oblongus rubro nigroque varius, elytris rubris punctis duobus nigris. *Scop. carn.* 370.
Raj. inf. 55. *n.* 3.
Geoff. parif. 440. *n.* 11. *t.* 9. *f.* 4.
De Geer tom. 3. *f.* 276.
Fab. cim. 169.
Sulz. inf. t. 10. *f.* 14.
Fuesl. inf. Helv. 26. 504.
Poda gr. p. 58.
Enum. 541.
Hab. in malva sylvestri Europæ, Calmariæ, Galliæ.
Simillimus cim. Hyoscyami. Corpus *nigrum, sed* thorax *undique cinctus margine rubro.* Pectus *fasciis rubris.* Anus *fascia rubra.* Elytra *sanguinea apice nigricantia; in singuli elytri medio punctum majusculum, atrum, & punctum minimum ad elytri basin.* Alæ *plane nullæ.*

Saxatilis. 113. C. O. (l'échiquier) oblongiusculus niger, thoracis margine laterali lineaque rubris, elytris maculis tribus rubris. *Scop. carn.* 371.
Enum. 538.
Geoff. t. 2. *p.* 443. *n.* 16.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 497.
Hab. in Germania. In Gallia.
Caput *macula rubra, antice bifida.* Thorax *lineis marginalibus & media rubra.* Scutellum *nigrum.* Elytra *maculis tribus rubris, unica juxta scutellum, secunda in medio, tertia ad apicem.* Pectus *utrinque maculis 3 rubris.* Abdomen *subtus fasciis maculisque nigris.*

Pabulinus. 114. C. O. (des pâturages) oblongiusculus flavescenti-viridis totus. * *Scop. carn.* 132.
De Geer tom. 3. *p.* 297.
Entom. paris. 43.
Fab. cim. 210.
Faun. Fridr. 264.
Enum. 546.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 498.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Caput, thorax, elytra, abdomen & *pedes* e flavo viridia. *Antennæ* extimis articulis angustioribus. *Faun.* 947.

Kalmii. 115. C. O. (la Kalm) oblongus viridis, scutello macula cordata flava, elytris maculis duabus nigris. *
Hab. in Europa.
Desc. Caput nigrum nucha flavescente. *Thorax* flavus margine antico & postico nigro. *Scutellum* cordatum, flavum, cinctum nigredine baseos elytrorum. *Elytra* viridi-flavescentia apicibus nigris & macula utrinque in medio crucis

nigra. *Alæ* albeſcentes. *Abdomen* viride & linea longitudinali nigra. *Faun.* 948.

Superciliosus. 116. C. O. (l'arrogante) ovato-oblongus niger, palpebra elytrorumque margine albis.

Hab. in Suecia. *Modeer.*

Corpus *nigrum, mediocre.* Abdominis *latera ſubtus utrinque litura rufa.* Antennæ *longitudine corporis, apicem verſus anguſtiores.* Palpebra *ſuperior &* elytrorum *margo exterior alba.*

Pratenſis. 117. C. O. (des prés) oblongus griſeus, ſcutello macula cordata flava, elytris apice puncto fuſco. * *Scop. carn.* 386.

Geoff. pariſ. 1. *p.* 451. *n.* 33.

Fab. 190.

Faun. Fridr. 266.

Hab. in Europa. In Gallia.

Deſc. Dilute teſtaceus. *Scutellum* tegit macula cordata flava. *Elytra* griſea, apice puncto minimo fuſco. *Alæ* albæ. His notis certo dignoſcitur. *Faun.* 949.

Campeſtris. 118. C. O. (la champêtre) oblongus viridis, ſcutello macula cordata viridi, elytris macula ferruginea. *

Geoff. pariſ. 1. *p.* 452. *n.* 34.

Fab. 189.

Faun. Fridr. 267.

Hab. in Europa. In Gallia.

Deſc. Præcedenti minor & magis oblongus; verſus poſteriora elytrorum macula magna fuſco-ferruginea. *Pedes* virides. *Antennæ* fuſcæ 4 articulis; nullum punctum in apice elytrorum. *Caput* & *thorax* fuſca. *Abdomen* viride, a tergo lineis 7 vel 8 fuſcis tranverſis & totidem maculis fuſcis utrinque ſubtus

juxta marginem. Hic & præcedens macula scutelli cordata a reliquis facile distinguitur. *Faun.* 950.

Melanocephalus, 119. C. O. (la tête noire) oblongus niger, thorace, elytris, antennis pedibusque pallidis.

Hab. in Suecia. *D. C. Solander.* In Gallia Aust. V.

Obs. Variat. Abdomine pallide testaceo.

Parvus. Caput, pectus, abdomen *totum, nigricantia.* Alæ *omnes membranaceæ, nigræ; reliqua testaceo-pallida.*

Histrionius. 120. C. O. (l'arlequine) oblongus niger, scutello flavo, elytris pedibusque testaceis.

Enum. 550.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 499.

Hab. in Europa. In Austria. *Schrank,* In Gallia Aust. V.

Corpus *magnitudine culicis.* Caput *nigrum.* Antennæ *basi rubræ.* Thorax *margine antico posticoque flavo, at nigredo postice biloba.* Scutellum *nigrum macula triquetra, flava.* Elytra *testacea, basi albida, apice membranaceo fusco basi albido.* Pedes *subtestacei.*

Umbratilis. 121. C. O. (la délicate) oblongus niger, elytris albo maculatis. *

Hab. in Europa. In Gallia circa Lugdunum. V.

Desc. Totus niger. *Pedes* pallidi. *Puncta* majora & minora sparsa supra elytra, quorum posteriora majora, ut obiter intuenti duo tantum conspiciantur alba puncta. *Faun.* 951.

Nemorum, 122. C. O. (des forêts) niger, elytris

alisque fusco alboque variis, pedibus testaceis. *

Hab. in Europa. In Gallia Aust. V.

Desc. Corpus qualitercumque facie refert cim. abietis, sed magnitudine pediculi, totum nigrum. *Caput* porrectum thorace angustiore. *Elytra* quasi ustulata, basi alba, postice fusca, disco fuscedinis pallido. *Alæ* macula magna fusca. *Faun.* 953.

Crassicornis. 123. C. O. (la crassicorne) oblongus subgriseus, rubro-punctatus, antennis clavatis. *

Fab. cim. 183.

Schæff. icon. t. 13. *f.* 10.

Hab. in Europa. In Gallia. V.

Desc. Corpus oblongum, pallide griseum, supra undique irroratum punctis vix conspicuis rubris, etiam in alis. *Antennæ* apicibus clavatæ, nota singulari. Ad margines dorsi flavos utrinque puncta circiter 10 nigra. *Faun.* 952.

Saltatorius. 124. C. O. (la sauteuse) oblongus niger, elytris striatis, alis postice flavo maculatis. * *It. œl.* 121.

Raj. inf. 57. *n.* 2. cimex brevis & fere rotundus nigricans.

Fab. cim. 196.

Entom. parif. 78. *an?*

Hab. in Europa ad littora. In Gallia. *Ibid.* V.

Desc. A plerisque differt quod saliat fere ut cicada, licet non tam alte. *Totus* ater est, maculis obscure flavis in alis supra caudam & nigris rugis in ipsis alis. *Antennæ* filiformes, 4 articulis. *Faun.* 954.

3. Gutta-tus. 125. C. O. (le triangle) oblongus niger, elytris testaceis, punctis tribus niveis: interiore minore.
Fab. cim. 195.
Hab. in Europa.
Corpus *magnitudine pediculi*, *nigrum*. Antennæ *nigræ*, *longitudine corporis*. Elytra *crassiora*, *reliquis longiora* (*apice solo membranacea*,) *quasi emarginata*, *fusco-testacea*, *singulis maculæ* 3 *niveæ*; *harum una versus apicem*, *duæ versus basin*, *interiore minuta*. Alæ *hyalinæ*. Pedes *testacei*.

Arena-rius. 126. C. O. (le gladiateur) oblongus niger, elytris cinereis antice nigris, alis postice albis. * *It. œl.* 121.
Fab. cim. 184.
Enum. 552.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 500.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Desc. Totum *corpus* atrum. *Elytrorum* crux antice nigra, postice alba, lateribus cinerea punctis minutissimis nigris. *Faun.* 955.

Pini. 127. C. O. (du pin) oblongus ater, elytris fuscis macula rhombea nigra. *
De Geer tom. 3. *p.* 278. *t.* 14. *f.* 22.
Schæff. icon. t. 42. *f.* 12.
Fab. cim. 173.
Entom. parif. 28.
Faun. Fridr. 268.
Hab. in pinetis & in locis aridis. In Gallia Aust. V.
Desc. Totus ater, uti pedes, antennæ, caput, thorax, scutellum, abdomen, alæ. *Elytra* griseo-fusca, in quorum medio juxta centrum crucis macula rhombea figura atra, in singulo elytro singula. *Faun.* 956.

Clavatus. 128. C. O. (la massue) oblongus niger, elytris fuscis, fasciis duabus niveis.
Fab. cim. 200?
Hab. in Europa. *Filius.*
Corpus *nigrum, magnitudine cim. lectularii, sed angustius.* Abdomen *clavatum.* Elytra *fusca, apice membranacea, fasciæ 2 niveæ, quarum anterior fracta, posterior vix tangit marginem interiorem.* Antennæ *longitudine corporis.*

Rolandri. 129. C. O. (la Rolander) oblongus ater, hemelytris macula flava. *
Sulz. inf. t. 11. *f.* 76.
β. Cimex bimaculatus. *Syst. nat.* 10. *p.* 449. *n.* 76.
De Geer tom. 3. *p.* 294.
Entom. parif. 5?
Fab. cim. 174.
Schæff. icon. t. 87. *f.* 7.
Fuesl. inf. Helv. 26. 111.
Hab. in Europa. In Gallia.
Desc. Magnitudo media. *Corpus* totum atrum. *Elytrorum* pars alaris pone crucem, ad latus interius, macula flavo-ferruginea notata, ut complicatis alis unica macula pone crucem conspiciatur. *Faun.* 957.

Ferrugineus. 130. C. O. (la rouillée) ferrugineus, capite, thorace scutelloque nigris.
Hab. in Suecia.
Similis cim. Rolandri, sed totus ferrugineus, excepto capite, scutello, thorace, qui margine postico etiam ferrugineus.

Ex spec. D. Fab.

Familiaris. 131. C. O. (la familière) oblongus rubro nigroque varius, alis fuscis, puncto baseos albo.

Hab. in Europæ plantis. In Gallia Auſt. V.

Deſc. Statura & magnitudo omnino cim. hyoſcyami. *Caput* nigrum, roſtro antenniſque nigris. *Thorax* rufus margine antico maculiſque duabus longitudinalibus atris. *Scutellum* nigrum, apice rufum. *Elytra* rufa, macula magna atra. *Alæ* fuſcæ, puncto baſeos inter elytra albo. *Corpus* ſubtus rubrum punctis lateralibus maculiſque tranſverſalibus in medio nigris.

Nugax. 132. C. O. (la badine) oblongus fuſcus, abdominis margine maculato, tibiis anticis femoribuſque poſticis basi pallidis.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni.*

Sylvaticus. 133. C. O. (la ſauvage) oblongus ater, elytris fuſcis.
Hab. in Europæ Borealis nemoribus.

Lynceus. 134. C. O. (le lynx) oblongus niger, elytris griſeis, apice macula nigra, puncto albo.
Hab. in Angliæ plantis.

Urticæ. 135. C. O. (de l'ortie) oblongus niger, elytris griſeis, alis albis, puncto nigro.
Hab. in urtica Angliæ. In Gallia. V.

Sylveſtris. 136. C. O. (la Sylveſtre) oblongus niger, elytris fuſcis apice nigro punctatis, alis nigris, puncto baſeos apiciſque albo.
Hab. Hafniæ. *Dom. Lund.* In Gallia. V.

Deſc. parvus. *Caput*, *thorax*, *ſcutellum*, *corpus*, *pedes*, atra immaculata. *Elytra* fuſca margine poſtico punctis aliquot atris. *Alæ* nigræ, puncto baſeos apiciſque diſtincto atro.

Tunicatus. 137. C. O. (l'enveloppée) oblongus fupra ferrugineo-fufcus, corpore elytrorumque margine flavis.

Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Defc. Antennæ rufæ, articulorum apicibus nigris. *Caput* & *thorax* ferrugineo-fufca. *Elytra* concolora margine tenuiffime flavo apicibufque rufis puncto nigro. *Corpus* & *pedes* flava immaculata.

2. Puncta-tus. 138. C. O. (la biponctuée) oblongus viridis, thorace bipunctato, elytris pallidioribus, puncto apicis flavo.

Hab. in Norwagiæ plantis.

Rofeus. 139. C. O. (la rofacée) oblongus fanguineus, capite elytrorumque apicibus albidis, alis fufcis.

Hab. in Germania. *D. Schulz.*

Tripuftu-latus 140. C. O. (la tripuftulée) oblongus niger, fcutello maculifque tribus elytrorum coccineis.

Hab. in racemis urticæ dioicæ, Hafniæ frequens. *D. Lund.*

Defc. Parvus. *Caput* ferrugineum ore nigro. *Thorax* ater, linea dorfali rufa antice tricufpidata. *Scutellum* coccineum. *Elytra* glabra nigra, maculis tribus coccineis ad marginem craffiorem, quarum ultima terminatur puncto atro. *Corpus* atrum. *Pedes* ferruginei.

Ex entom. parif.

Boopis. 141. C. O. (la myope) oblongus fufconiger, pedibus pallidis, elytris pellucidis, apice fufco.

Hab. in Europa. In Gallia.

Eryngii. 142. C. O. (du panicaut) oblongus niger, thorace elytrifque rubris, elytrorum extremo macula triangulari nigra.
Hab. in foliis eryngii.

Stelifer. 143. C. O. (la porte - étoile) oblongus rubro nigroque variegatus, centro crucis albo.
Hab. in Galliæ hortis.

Nobilis. 144. C. O. (la noble) oblongus rubro nigroque variegatus, elytris puncto nigro, alis fufcis maculis albis.
Hab. in Gallia.

Croceus. 145. C. O. (la fafranée) croceus, elytrorum apice rubro, alis nigris, antennarum articulo fecundo clavato.
Hab. in Gallia.
Variat A. cimex niger, pedibus rufis, antennarum articulo fecundo clavato.
B. cimex niger; capite, thorace pedibufque rufis, antennarum articulo fecundo clavato.

Variegatus. 146. C. O. (la variée) oblongus niger, thoracis lateribus fcutelloque flavis, elytris, antennis pedibufque flavo variegatis.
Hab. in Gallia.

Monilis. 147. C. O. (la galante) oblongus fufcus, antennis, pedibus abdominifque marginibus nigro luteoque variegatis.
Scop. 366.
Enum. 554.
Hab. in Gallia.

Catariæ. 148. C. O. (de l'herbe au chat) oblongus cinereo nigroque variegatus.

Hab. in plantis labiatis, præcipue in cataria.

Apicaris. 149. C. O. (la bizarre) oblongus niger, thorace poſtice cinereo, elytris fuſcis apice albo.
Hab. in Gallia.

Femoralis. 150. C. O. (la melanpyre) oblongus pallide vireſcens, femoribus nigro punctatis.
Hab. in Gallia.

Conſtellaris. 151. C. O. (la panachée) oblongus niger, elytris anticis rufis, alis albo maculatis.
Hab. frequens in Galliæ arborum corticibus.

Fuligineus. 152. C. O. (la fuligineuſe) oblongus atrofuſcus, punctatus, alis venoſis.
Hab. in Gallia.

Ternatus. 153. C. O. (la ternée) oblongus niger, thorace faſciis tribus flavis, ſcutello elytrorumque apice maculis luteis.
Hab. in Gallia.

Nigropunctatus. 154. C. O. (la maculée) oblongus viridiflavus, capite thoraceque nigro maculatis, elytris viridibus.
Hab. in Gallia.

Virideſcens. 155. C. O. (la verdâtre) oblongus viridis, elytrorum macula fuſca.
Hab. in Gallia.

Albinus. 156. C. O. (la barbouillée) oblongus viridis, elytrorum apice albido, ſcutello lineola fuſca.

Hab. in Gallia.

Elonga- 157. C. O. (l'alongée) oblongus viridis,
tus. thorace ſcutelloque lineis quatuor nigris, elytris interne fuſcis.
Hab. in Gallia.

Sponſalis. 158. C. O. (la fiancée) longus albidus, oculis fuſcis, ſcutello macula nigra.
Hab. in Gallia.

Conicus. 159. C. O. (la conique) oblongus conicus fuſco-cinereus, oculis prominentibus, elytris nervoſis.
Hab. in Galliæ hortis.

Flammeus. 160. C. O. (l'enflammée) oblongus niger, capite, elytrorum apice genubuſque ferrugineo-rubris.
Hab. in Gallia.

Plæſſeus. 161. C. O. (la barriolée) oblongus niger, pedibus viridi nigroque variegatis.
Hab. in Gallia.

Atramen- 162. C. O. (l'atrabilaire) oblongus totus
tarius. ater, alis atris.
Hab. in Gallia.

Carthuſia- 163. C. O. (la chartreuſe) oblongus infra
nus. niger, ſupra albo-lacteus, antennis craſſis antice porrectis, capite, pedibus antenniſque nigris.
Hab. in Galliæ eryngio.

Ex Entom. Carn.

Nervoſus. 164. C. O, (la nerveuſe) elytrum fere totum membranaceum, nervis tribus

fusco punctatis punctoque ferrugineo trigono marginali.

Hab. circa fossorum & rusticorum ædes. In Gallia Aust. V.

Pandurus. 165. C. O. (l'V) rubro nigroque varius. Thorax ruber, lineis 2 nigris longitudinalibus. Elytrum rubrum, macula media nigra, punctisque tribus albis ad basin apicis membranaceis. *t.* 2. *f.* 23.

Hab. circa Labacum & in Carniolia inferiore. In Gallia Aust. V.

Desc. *Antennæ*, rostrum pedesque nigri. *Caput* nigrum, linea bifurca, rubra, litteram (l'V) referente, in medio notatum. *Thorax* lineis 2 $\frac{1}{3}$ latus, 1 $\frac{1}{2}$ longus. *Scutellum* nigrum. Ad basin membranæ *elytri* est linea conica, obliqua, coriacei marginis basi imposita, cui infra apicem adjacet. *Punctum* album, dum alia duo puncta alba separent elytri corium a membrana. *Alæ* teneræ, subhyalinæ, rufescente lunulata macula externe notatæ, infra quam margo alæ ad basin usque ruber est. *Abdomen* rubrum, carinatum, margine maculis 5 nigris, utrinque variegatum; incisuris basi fascia nigra, latere vero utroque puncto nigro maculatis. *Pectus* nigrum, maculis rubris, utrinque tribus.

Rugosus. 166. C. O. (la ridée) caput sub antennis dente utrinque instructum. Dorsum plicis quatuor longitudinalibus. Abdomen rubellum.

Hab. in Carniola superiore. In Gallia Aust. V.

Desc. *Antennæ* fuscæ, longitudine sua latitudinem thoracis minime exceden-

tes, articulo extremo, ſecundo & tertio nihilo craſſiore brevioreque. *Elytri* membrana fuſca, venulis albis. *Abdomen* membranaceum, depreſſum, apice albido emarginato, alibi rubellum.

Specioſus. 167. C. O. (la belle) rubro nigroque varius. Elytri membrana nigricans, punctis tribus albis, uno libero, rotundo.

Poda gr. p. 59.

Hab. in agro Tergeſtino. In Gallia Auſt. V.

Deſc. Antennæ, *roſtrum*, *pectus pedeſque* nigri. *Caput* nigrum, macula elliptica, rubra, poſtice acuminata, in medio poſita. *Thorax* ruber, margine antico & poſtico nigris. *Scutellum* nigrum. *Elytri* corium rubrum, faſcia & puncto ſubrotundo ad marginem interiorem atris; ejuſdem apex membranaceus ad originem puncta duo alba, lineolas referentia & in medio guttam ſphæricam albam gerens. *Abdomen* carinatum, rubrum, margine punctis utrinque (5), & ſubtus tribus paribus macularum nigrarum in medio, variegatum; ani regione nigra.

Variat pectore cinereo & tenuiſſimo veluti polline adſperſo, punctiſque lucidis nigerrimis utrinque (2-3) nec non margine membranæ elytri albo.

Tuberculoſus. 168. C. O. (la tuberculée) antennæ nodis binis, extremo longiore clavato. Abdomen ſuperne rufum.

Hab. circa Idriam.

Maritimus. 169. C. O. (la maritime) nigricans, elytris teſtaceis fuſco punctatis, macula cordata nigra, antennis pedibuſque ferrugineis.

Poda gr. p. 59.
Hab. circa littora maris Adriatici. In Gallia Auſt. V.
Deſc. Thorax margine poſtico ac laterali teſtaceo, lineolis tranſverſis, ferrugineis, poſtice variegatus. *Elytri* membrana umbrinis lineis repandiſque maculata. *Femora* media & poſtica apicibus fuſcis.

Alpinus. 170. C. O. (l'Alpine) nigricans elytri corio punctis ferrugineis, membrana lineis (4) longitudinalibus fuſcis, pedibus ferrugineis.
Hab. in Alpibus Vockinenſibus Carnioliæ Superioris. In Alpibus Delphinienſibus. V.
Deſc. Oris apex, *roſtrum* & baſes *antennarum* ferruginei coloris. Inter venulas fuſcas parallelas membranæ *elytri* punctum ubique unum fuſcum.

Collinus. 171. C. O. (la montagnarde) niger, elytro nucei coloris, puncto nigro, membrana fuſca. Femoribus anticis denticulo notatis.
Enum. 553.
Geoff. tom. I. *p.* 449. *n.* 28.
Hab. in Carnioliæ mediæ collibus apricis. In Gallia.

Ex noſt. Muſ.

Tomentoſus 172. C. O. (la foveuſe) oblongus niger, capite thoraceque nigris, elytris viridibus maculis diverſis variegatis.
Hab. in Gallia Auſt. Non frequens.
Deſc. Thorax niger, poſtice flavo marginato. *Elytra* baſi flaveſcentia, in medio corii macula nigra angulata, deinde corium viride, ad apicem macula teſtacea, membrana fuſca.

Prothyris.

Prothyris. 173. C. O. (la console) pallens, thorace in medio lineato, antennarum secundo articulo prothyriformi appendice onerato.
Hab. circa Lugdunum.
Obs. Facile ab omnibus distinguitur.

Æqualis. 174. C. O. (l'égale) niger, vertice rubro, ore pedibusque pallidis.
Hab. rarior in pino.
Desc. Latitudo fere æquat longitudinem. *Antennæ* breves, ultimo artic. crassiore.
Variat vertice pallido.

Bimaculatus. 175. C. O. (la bimaculée) thorace capiteque maculis concoloribus.
Hab. in Gallia Aust.

* i * *Antennis setaceis longitudine corporis.*

Lævigatus. 176. C. O. (la vernissée) oblongus exalbidus, lateribus albis. *
De Geer tom. 3. *p.* 292.
Fab. cim. 208.
Fuesl. inf. Helv. 26. 512.
Enum. 556.
Scop. 393.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Desc. Maxime oblongus est, totus exalbidus seu virescenti-exalbidus, uti antennæ, elytra, thorax, caput, alæ, pedes. *Elytra* striata sunt & ad latera albidiora. *Antennæ* setaceæ articulis tribus.
Variat hic cimex linea nigricante pone oculos utrinque per thoracem ducta & & absque hac. *Faun.* 956.
Obs. Ex hac descriptione patet hunc cimicem non ex cim. 16. *D. Geoff.* ut in spec. *D. Fab.* adnotatur ; nam

antennæ minime ſetaceæ in cim. *inſ. pariſ.* V.

Virens. 177. C. O. (la verdâtre) oblongus viridis, plantis antennarumque apicibus rufeſcentibus.

Entom. pariſ. cim. porrectus.

Fab. cim. 211.

Enum. 555.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 502.

Hab. in Europa. In Gallia.

Deſc. Viridis totus; oculi tamen in meis ſpeciminibus fuſci ; fors cum ea viva non examinaverim, in morte factum eſt ut color mutatus ſit. *Elytra* ſubinde flaveſcunt. *Enum.*

Obſ. Simillimus cim. lævigato. *Linn.*

Dolabratus. 178. C. O. (l'alignée) oblongus , elytris ferrugineis latere albidis , antennis nigris , linea thoracis alba. *

Enum. 549.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 502.

Fab. cim. 212.

Entom. pariſ. 36.

Hab. in feſtuca natante.

Deſc. *Antennæ* ſetaceæ, nigræ. *Caput* nigrum ; ante oculos lineola nigra & alia in medio frontis alba. *Thorax* a tergo niger , ad latera albidus , linea dorſalis longitudinalis alba. *Scutellum* nigrum , linea longitudinalis alba. *Elytra* quaſi deuſta vel ſubfuſca margine exteriori albido ; longiora dein in hac ſpecie ſunt elytra , quam in reliquis. *Faun.* 959.

Striatus. 179. C. O. (la ſtriée) oblongus niger , elytris flavo fuſcoque ſtriatis, apice pedibuſque rufis. * *t.* 3. *f.* 24.

Geoff. parif. 1. *p.* 454. *n.* 38.
Pet. gaz. t. 62. *f.* 1.
Enum. 547.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 502.
De Geer tom. 3. *p.* 290. *t.* 15. *f.* 13.-15.
Schæff. icon. t. 13 *f.* 4. an ?
Hab. in ulmi campeftris foliis.
Defc. Facies. cim. lævigati. *Antennarum* extimus articulus bafi albus. *Elytra*, ftriis nigris & flavis apice rubris.

Erraticus. 180. C. O. (l'errante) oblongus nigricans, elytris albis, antennis lividis, articulo nigro.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Defc. Abdomen & corpus totum nigrum. *Thorax* utrinque albidus & præterea tribus lineis albis longitudinalibus. *Antennæ* lividæ, 4 articulis, fetaceæ, infimo articulo nigro. *Roftrum* albidum. *Pedes* lividi. *Alæ* inferiores albo-cæruleo nitidæ, fuperiores fufcæ, margine coleoptriformi albo. *Faun.* 961.

Ferus. 181. C. O. (la fauvage) oblongus grifeus immaculatus, antennis fetaceis. *
Fab. cim. 215.
Hab. in Europa. In Gallia. V.
Defc. A tergo nullis punctis manifeftis excavatus. *Antennæ* minime clavatæ, fed fetaceæ. *Pedes* pallidi. *Faun.* 962.

Populi. 182. C. O. (du peuplier) oblongus albo fufcoque nebulofus, antennis fetaceis. *
Fab. cim. 219.
Hab. in populo tremula.
Defc. Oblongus magis quam reliqui. *Caput*, *thorax*, *elytra*, *alæ*, *femora*, *antennæ*, fufco & albido mixto nebulofa five irrorata funt. *Antennæ* longitudine

corporis setaceæ. *Pedes* longi albo nigroque nebulosi. *Alæ* depressæ, non vero compressæ. *Faun.* 963.

Ulmi. 183. C. O. (de l'orme) oblongus supra rubiginosus, elytris striis sanguineis, alis postice albo fuscoque variis. *
Fab. cim. 223.
Faun. Fridr. 269.
Hab. in ulmo campestri.
Desc. Magnitudo media. *Corpus* oblongum. *Caput* & *thorax* supra rufa. *Alæ* pallide rufescentes, striis, s. venis longitudinalibus sanguineis pone crucem. *Alæ* fuscæ albis maculis. *Antennæ* setaceæ, longitudine fere corporis. *Scutellum* non longitudine cordatum. *Faun.* 964.

Sylvestris. 184. C. O. (la sylvestre) oblongus niger, alis elytrisque albo fuscoque variis, pedibus rufis.
Hab. in Europa.
Desc. *Caput*, *thorax* & *abdomen*, nigra. *Pedes* rubicundi seu incarnati. *Antennæ* superne minime attenuatæ, nigræ, inferne rufescentes. *Elytra* quasi deusta seu versus basin alba, versus apicem fusca, in medio macula obscura fusca. *Alæ* fusco & albo variegatæ. *Faun.* 965.

Mutabilis. 185. C. O. (la changeante) oblongiusculus niger, alis inferioribus cæruleis, antennis pedibusque flavis. *
Hab. in Suecia.
Desc. *Corpus* atrum. *Alæ* membranaceæ complicatæ cæruleæ apparent, disjunctæ vero hyalino-glaucæ. *Antennæ* abdomine paullo longiores, pallide flavescentes, angustæ. *Pedes* longi albidi. *Faun.* 967.

Ex op. D. de Geer.

Flavo-4-maculatus. 186. C. O. (la quadrimaculée) oblongus niger, antennis setaceis, elytris fuscis, maculis pedibusque flavis. *Retz.* 44.– *D. de Geer tom.* 3. *p.* 291.
Hab. in Europa.
Desc. Antennæ longitudine corporis 4 articulis divisæ. *Corpus* nigrum, sed anus infra flavo mixtus. *Corium* fuscum, in singulo duæ triangulares maculæ luteæ, quarum posterior macula fusca notata. *Membrana* fusca alba macula notata. *Alæ* fuscæ immaculatæ.

Ex Entom. paris.

Cordatus. 187. C. O. (la porte-cœur) oblongus fusco-ruber, scutello macula cordata, elytris apice luteis.
Hab. in Gallia.

Cruentatus. 188. C. O. (l'ensanglantée) oblongus viridis, elytrorum lineis sanguineis. *De Geer tom.* 3. *p.* 293.
Hab. in Europa. In Gallia.

Ruficornis. 189. C. O. (la ruficorne) oblongus, pallido-viridis, antennis setaceis rufis.
Hab. in Gallia.

Recticornis. 190. C. O. (la recticorne) longus totus viridis, antennis antice porrectis.
Hab. in Gallia.

Ex spec. D. Fab.

Lateralis. 191. C. O. (la latérale) oblongus niger, lateribus albidis.

Hab. Kiliæ Holſatorum. *D. Lund.* In Gallia Auſt. V.

Deſc. *Antennæ* ſetaceæ nigræ. *Caput* nigrum, orbita oculorum maculaque frontali pallidis. *Thorax* niger, nitidus, lineis tribus flaveſcentibus. *Elytra* nigra lateribus albidis. *Abdomen* nigrum, utrinque linea laterali magna flava. *Pedes* nigri.

Variat rarius thorace immaculato.

Marginel-lus. 192. C. O. (la circonſcrite) oblongus niger, thoracis lineis tribus, elytris margine omni albis punctoque apicis coccineo.

Hab. in Italia. *Dr. Allioni.* In Gallia Auſt. V.

Deſc. *Caput* atrum, immaculatum. *Thorax* ater lineis tribus albis. *Elytra* atra margine omni exteriori & interiori albis. *Punctum* coccineum elytra terminat.

Tiliæ. 193. C. O. (du tilleul) oblongus vireſcens, faſciis tribus fuſcis, media ungulata.

Hab. Kiliæ Holſatorum. *D. Lund.*

Agilis. 194. C. O. (l'agile) oblongus; thorace atro, margine postico flavo, elytris fuſcis baſi apiceque pallidis.

Hab. in Germania. *D. de Hattorf.*

Obſ. Reperitur cimex ſub eodem nomine in *entom.* Carnioliæ, ſed diverſa ſpecies. V.

6. Gutta-tus. 195. C. O. (les ſix taches) oblongus niger, ſcutello maculiſque tribus elytrorum flavis.

Hab. in Europa.

Ex nost. Mus.

Diaphanus. 196. C. O. (la diaphane) oblongus, corpore luteo, elytris diaphanis.
Hab. *in* Gallia Aust.
Desc. *Elytra* membranacea. *Caput* nigrum. *Thorax* pallido-flavus. Antennæ pedesque albi.

Apparitor. 197. C. O. (la [illegible]) capite, thorace, corpore, pedibusque viridibus, scutello elytrisque croceis.
Hab. *in* Gallia Aust.

4. Punctatus. 198. C. O. (les quatre points) oblongus, thorace pallide flavo, 4 punctis fuscis, fusco vel nigro postice marginato.
Hab. *in* Gallia.
Desc. Affinis cim. striato.

Luteicornis. 199. C. O. (la flavicorne) oblongus, totus rubellus, antennis pedibusque pallide flavis.
Hab. *in* Gallia.
Desc. Apex elytrorum ruber.

* k * SPINIPEDES. *Tibiis spina notatis.*

Calcaratus. 200. C. S. (l'éperonnée) oblongus niger, capite linea rubra, femoribus posticis subtus sexdentatis. * *t.* 3. *f.* 25.
De Geer tom. 3. *p.* 380. *t.* 14. *f.* 23. 24.
Fab. cim. 172.
Schæff. icon. t. 123. *f.* 2. 3.
Hab. *in* Europa.
Varietas? Pedibus inermibus. Femoribus basi tibiisque apice nigris.
Desc. *Corpus* atrum majusculum. *Antennæ* filiformes, corpore paullo breviores. *Elytra* scabra, alis striatis. *Abdomen* [illegible]

fupra fanguineum, præter primum & ultimum fegmentum nigrum: margines elevati nigri, incifuris fanguineis. *Subtus* eft nigro-æneum. *Femora* oblonga, fubtus ciliata fpinis 4 f. 5. *Faun.* 968.

Abietis. 201. C. S. (du fapin) oblongiufculus maculato-fulvus, pedibus rufis, femoribus anticis craffioribus dentatis. * *Scop. carn.* 364.

De Geer tom. 3. *p.* 308. *t.* 15. *f.* 20. 21.

Fab. cim. 222.

Enum. 551.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 505.

Hab. in pino abiate.

Defc. Antennæ filiformes, nigræ, articulis 4, infimo breviffimo. *Caput* nigrum, acuminatum. *Thorax* niger, pone rufus, nigredine triplici dente feparata. *Scutum* nigrum. *Elytra* pallida, lateralibus fulvis, verfus crucem nigricante macula oblonga. *Pedes* omnes rufi. *Femora* antica craffiffima deorfum-dentata. *Abdomen* ferrugineum. *Faun.* 969.

Ex hift. parif.

Crucifer. 202. C. S. (la porte-croix) oblongus niger, thorace poftice cinereo, elytris cinereis, macula nigra alifque nigris.

Scop. n. 376.

Enum. 553.

Hab. in aridis locis.

Defc. Simillimus cimici pini, nifi quod minus depreffus & thorax aliter coloratus. Non confundendus cum cimice arenario. V.

I LINEARES. *Corpore angusto.*

Lacustris. 203. C. L. (la naïade) linearis supra niger depressus, pedibus anticis brevissimis. *
Geoff. paris. I. *p.* 463. *n.* 59.
Scop. carn. 394.
It. Wgoth 182.
Raj. inf. 57. *n.* I. cimex aquaticus figuræ longioris.
Bauh. ballon. 213. *f.* I. insectum tipula dictum.
List. mut. t. 5. *f.* 4.
Bradl. nat. t. 26. *f.* 2. *D.*
Frisch. inf. 7. *t.* 20.
Sulz. inf. II. *t.* 78.
De Geer tom. 3. *p.* 311.
Fab. cim. 227.
Enum. 557.
Poda gr. p. 27.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 505.
Faun. Fridr. 272.
Hab. in Europæ aquis pacatis.
Desc. Venter totus subtus albus ante spectatus apparet, pone spectatus niger. *Elytra* & *alæ* superiores atræ, inferiores albæ absconditæ. *Faun.* 970.

Stagnorum. 204. C. L. (l'aiguille) linearis nigricans teretiusculus, thorace medio punctis duobus globosis. *
Geoff. paris. p. 463. *n.* 60.
Scop. carn. 395.
Pet. gaz. t. 9. *f.* 12. tipula Londinensis angustissima.
De Geer tom. 3. *p.* 322. *t.* 15. *f.* 24. 25.
Fab. 228.
Sulz. inf. t. 10. *f.* 17.
Enum. 359.
Poda gr. p. 60.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 506.

Faun. Fridr. 273.

Hab. in Europæ aquis pacatis.

Desc. Præcedenti simillimus, sed multoties minor & angustior. *Faun.* 971.

Vagabundus. 205. C. L. (la culiciforme) linearis variegatus, pedibus anticis brevissimis, crassis, inflexis. * *t.* 3. *f.* 26.

Faun. suec. 1. *n.* 683. cimex linearis, pedibus quatuor longioribus, antennis longissimis albo fuscoque variis.

Frisch. inf. 7. *p.* 11. *t.* 6. cimex arborum oblongus, alarum signatura alba.

Geoff. paris. 462. *n.* 58.

De Geer tom. 3. *p.* 323. *t.* 17. *f.* 1.-8.

Fab. cim. 236.

Enum. 558.

Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 506.

Hab. in Europæ arboribus.

Desc. Magnitudo culicis vulgaris. *Alæ*, *pedes*, *antennæ*, albo & fusco confertim variegata. *Antennæ* corpore longiores, setaceæ inflexæ uti pedes, quibus simillimæ. *Pedes* primores multoties breviores reliquis, anteriores crassi uti chelæ, quibus non incedit, nisi in vitro & glabro corpore. *Faun.* 972.

Tipularius. 206. C. L. (la tipule) linearis exalbidus, pedibus omnibus longissimis, femoribus clavatis, antennis biclavatis. *

Frisch. inf. 7. *p.* 28. *t.* 20. cimex arboreus culiciformis.

Fab. cim. 235.

Hab. in Europæ arboribus. *Ibid.* In Gallia. V.

Desc. *Corpus* cinereum, lineare, depressum. *Elytra* albida, valde striata venis inconspicuis crenatis. Margo elytrorum ubi elytra in membranam terminatur, notatus 5 s. 6 punctis fuscis. *Pedes*

omnes longi, posticis longissimis. *Femora* subclavata, clava fusco punctata. *Antennæ* articulus primus apice clavatus, sed apex summus magis clavatus, unde pedes referunt. *Faun*. 973.

Coryli. 207. C. L. (du noisetier) oblongus niger, pedibus antenisque setaceis flavis. *
Fab. cim. 188.
Hab. in corylo *avellana*.
Desc. Corpus, caput, thorax, scutellum, abdomen, elytra, alæ, nigra immaculata; sed *alæ* parum cæruleo nitent in quibusdam; at *artus* pallide flavi uti rostrum, antennæ, pedes. *Antennæ* setaceæ sunt. *Faun*. 974.

Ex spec. D. Fab.

Rivulorum. 208. C. L. (des ruisseaux) linearis, niger, albo punctatus, abdomine fulvo.
Hab. in rivulis montosis Alsatiæ. *Prof. Hermann*.

Pallipes. 209. C. L. (l'armée) linearis niger, pedibus pallidis, pectore bispinoso.
Hab. in Italia. *Dr. Allioni*.

Clavipes. 210. C. L. (la difforme) linearis cinereus, femoribus clavatis, antennis biclavatis.
Hab. in Suecia.

GENUS IX.

APHIS. *Roſtrum* inflexum.
Antennæ thorace longiores.
Alæ IV erectæ aut nullæ.
Pedes ambulatorii.
Abdomen poſtice ſæpius bicorne.

Ribis. 1. A. (du groſeillier) ribis rubri. *
Leuw. arc. epiſt. 90. *p.* 545. *t.* 548.
Blank. inſ. 164. *t.* 14. *f. D. E.*
Friſch. inſ. 11. *p.* 9. *t.* 14.
Reaum. inſ. 3. *t.* 22. *f.* 7.-10.
Fab. aph. 6.
Enum. 560.
Hab. in ribe rubro.
Deſc. Magnitudo pediculi. *Corpus* incumbens. *Pedum* viridium genicula dorſo altiora fuſca. *Antennæ* corpore longiores, tenues, rectæ, juxta caput geniculo reflexæ, nigræ. *Corpus* fuſco-virens. *Pectus* a tergo nigricans. *Lineæ* tres tranſverſæ ſupra clunes, fere contiguæ; latera *abdominis* nigris punctis. *Alæ* quatuor erectæ, compreſſæ, albæ venis nigris, quarum duæ minimæ. *Podex* prominet. *Appendices* ſetaceæ alis breviores. *Faun.* 975.

Aphides *pariunt æſtate vivos fœtus, autumno ponunt ova. A copula parentum fœcundas naſci filias, neptes, proneptes, abneptes aſſeverant entomologi. Aliæ apteræ, aliæ alatæ, abſque ſexus diſcrimine in eadem ſpecie. Pleræque duo cornua poſtica abdominis gerunt, quibus excernunt rorem melleum; hæ formicarum vaccæ! Species difficile diſtinguuntur, nec difficilius definiuntur, ſemper in diverſis planis diverſæ ſpecies. adeoque pauciores mihi aphides. quam plantæ aphidiferæ.*

Ulmi. 2. A. (de l'orme) ulmi campeſtris. * *It. ſcan.* 203.
Reaum. inſ. 3. *t.* 25. *f.* 4.-7.
Geoff. pariſ. 494. *n.* 1. *t.* 10. *f.* 3.
De Geer tom. 3. *p.* 81. *t.* 5. *f.* 7.
Fab. 3?.
Faun. Fridr. 277.
Hab. in ulmo campeſtri.
Deſc. Minores ſubvireſcentes ; majores, *corpore* cylindrico ferrugineo alba lanugine adſperſo. *Abdomine* 6 l. 7 articulis, *appendiculis* obſoletis ; ex ano veſicula. *Faun.* 976.

Paſtinacæ. 3. A. (du panais) paſtinacæ ſativæ. *
Hab. in paſtinaca ſativa.
Deſc. Corpus viride. *Caput*, *antennæ*, gibbus thoracis, pedum extremitates, nigra. *Alæ* albæ. *Appendiculi* ad latera ventris mobiles *Faun.* 977.

Sambuci. 4. A. (du ſureau) ſambuci nigræ.
Liſt. loqu. 391. cimex exiguus cæſius.
Friſch. inſ. 11. *p.* 14. *t.* 18.
Reaum. inſ. 3. *t.* 21. 5.-15.
Geoff. pariſ. 495. *n.* 3.
Fab. 3.
Enum. 561.
Faun. Fridr. 278.
Hab. in ſambuci nigri ramis.

Rumicis. 5. A. (de la patience) rumicis lapathi. *
Fab. 11.
Faun. Fridr. 279.
Hab. in rumicibus lapathis dictis.
Deſc. Corpus nigro-æneum. *Antennæ* nigræ vel albæ, apicibus nigris. *Pedes* albidi geniculis nigris. *Cauda* acuminato-cornuta. *Alarum* baſis vireſcens. *Appendiculi* atri, filiformes, longitudine caudæ. *Faun.* 979.

Acetosæ. 6. A. (de l'oseille) rumicis acetosæ. *
Geoff. paris. 1. *p.* 496. *n.* 9.
Reaum. ins. 3. *p.* 286.
Fab. aph. 43.
Hab. in rumice acetosa, acetosella.

Lychnidis. 7. A. (du lychnis) lychnidis dioicæ. *
Faun. suec. 719. aphis cucubali.
Fab. aph. 1.
Enum. 364.
Faun. Fridr. 280.
Hab. in lychnide dioica.
Desc. Tota atra, polita, nitida, margine *abdomen* cingente, plicato abdomine pone obtuso. *Antennæ* & *pedes* pallidiores. *Faun.* 980.

Padi. 8. A. (du prunier à grappe) pruni padi.
Reaum. ins. 3. *t.* 23. *f.* 9. 10.
Fab. aph. 45.
Enum. 565.
Hab. in pruno pado.
Desc. Alæ magnæ. *Antennæ* longæ. *Faun.* 981.

Rosæ. 9. A. (du rosier) rosæ. *
Reaum. ins. 3. *t.* 21. *f.* 1.-4.
Sulz. ins. t. 12. *f.* 79.
Lederm. micog. 53. *t.* 25.
Fab. aph. 25.
Faun. Fridr. 281.
Enum. 566.
De Geer tom. 3. *p.* 65. *t.* 3. *f.* 1.-13.
Hab. in rosis.
Desc. Cornua longitudine fere abdominis, nigra. *Corpus* viride vel incarnatum. *Antennæ* nigræ longitudine abdominis. *Genicula* pedum viridi-nigra. *Faun.* 982.

Nymphææ. 10. A. (du nénuphar.) plantarum aquaticarum.

De Geer du potamogéton.
Hab. in nymphæis, potamogetone natante.

Tiliæ. 11. A. (du tilleul) tiliæ Europeæ.
Frisch. inf. 11. *p.* 13. *t.* 17. pediculus arboreus tiliæ.
Reaum. inf. 3. *t.* 23. *f.* 1.-8.
Geoff. parif. 495. *n.* 6.
De Geer tom. 3. *p.* 77. *t.* 5. *f.* 1.-6.
Fab. aph. 34.
Faun. Fridr. 282.
Hab. in tilia Europæa.
Desc. Corpus oblongum. *Ordines* quatuor longitudinales punctorum atrorum a tergo abdominis. *Thoracis* linea lateralis utrinque nigra. *Alæ* adscendentes, compressæ; majores inferiori margine nigræ, superiores margine maculatæ seu exteriore margine linea nigra superne septem maculis nigris. *Antennæ* & *pedes* alternatim albo nigroque variegari. *Faun.* 984.

Brassicæ. 12. A. (du chou) brassicæ oleraceæ. *
Frisch. inf. 11. *p.* 10. *t.* 3. *f.* 15. pediculus. brassicæ.
Fab. aph. 36.
Faun. Fridr. 283.
Enum. 567.
Hab. in brassica.
Desc. Corpus viride farinaceo-albidum. *Faun.* 985.

Craccæ. 13. A. (de la vesse multiflore) viciæ craccæ. *
De Geer tom. 3. *p.* 58. *t.* 2. *f.* 14.-19.
Fab. aph. 46.
Faun. Fridr. 284.
Hab. in vicia cracca.
Desc. Corpus obovatum, marginatum, nigro-plumbeum & quasi farina canescente adspersum. *Faun.* 986.

Lactucæ. 14. A. (de la laitue) Lactucæ.
Reaum. inf. 3. *t.* 22. *f.* 3. 4. 5.
Fab. aph. 47.
Hab. in lactuca oleracea.

Sonchi. 15. A. (du laitron) fonchi caudata.
Geoff. parif. 1. *p.* 497. *n.* 13.
Reaum. inf. 3. *t.* 22. *f.* 3.-5.
Fab. aph. 48.
Enum. 568.
Hab. in foncho oleraceo.

Cirfii. 16. A. (du cirfe) ferratulæ arvenfis. *
It. Wgoth. 307.
Hab. in ferratula arvenfi.
Defc. Corpus fufcum : punctorum elevatorum ordinibus fex in dorfo. *Alarum* rudimenta, appendiculi, pedes, antennæ, nigra. *Femora* verfus bafin alba. *Faun.* 987.

Cardui. 17. A. (du chardon) cardui. *
Fab. aph. 13.
Enum. 569.
Faun. Fridr. 285.
Hab. in carduis.
Defc. Tota æneo-nigra nitida, fed pedibus antennifque nigris bafi albidis. *Appendiculi* abdominis atri. *Faun.* 988.

Tanaceti. 18. A. (de la tanefie) tanaceti vulgaris. *
Fab. aph. 31.
Faun. Fridr. 286.
Enum. 570.
Geoff. parif. 1. p. 49. *n.* 8.
Hab. in tanaceto *vulgari.*
Defc. Corpus rufum. f. faturate ferrugineum : corniculis fubfufcis. *Alarum* rudimenta, *antennæ* & *pedes*, pallidiora. *Faun.* 989.

Abfinthii.

Abſinthii. 19. A. (de l'armoiſe) artemiſiæ abſinthii. *
Enum. 571.
Faun. Fridr. 287.
Hab. in artemiſia abſinthio.
Deſc. Artus, pedes, appendiculi, antennæ, nigra. *Corpus* nigrum, tergo cinereo, cum, in medio tergi ſupra abdomen, macula magna fuſca. Latera *abdominis* etiam parum fuſca. *Cauda* acumine acuta. *Appendiculi* erecti. *Faun.* 990.

Jaceæ. 20. A. (de la jacée) centaureæ jaceæ. *
Enum. 572.
Faun. Fridr. 288.
Hab. in centaurea jacea.
Deſc. Tota nigra eſt abſque ulla albedine: ſolæ *alæ* albæ. Poſteriora *abdominis* fuſca ad rubedinem inclinantia: margo craſſior alarum lineola lata alba exaratus. *Faun.* 991.

Betulæ. 21. A. (du bouleau) betulæ albæ. *
Reaum. inſ. 3. *t.* 22. *f.* 2.
Geoff. pariſ. 496. *n.* 7.
De Geer tom. 3. *p.* 45. *t.* 3. *f.* 27. 28.
Fab. 20.
Hab. in betula alba.
Deſc. Corpus pallide virens: puncta 4 nigricantia in margine ſingulæ inciſuræ utrinque. *Minima* eſt. *Caret* alis & appendiculis. *Faun.* 992.

Roboris. 22. A. (du roure) quercus roboris nigra, corniculis obſoletis atris medii abdominis. *
Fab. 37.
Faun. Fridr. 289.
Hab. in quercu robore.
Deſc. Corpus nigrum, majuſculum, ſubgloboſo-ovatum: *corniculorum* rudi-

mentis atris. *Femora* purpurascentia. *Antennæ* corpore dimidio breviores lividæ, apice nigræ. *Faun.* 993.

Fagi. 23. A. (du hêtre) fagi sylvaticæ lanata.
Geoff. parif. 1. *p.* 497. *n.* 2.
Reaum. inf. 3. *t.* 26. *f.* 1.
Enum. 573.
Hab. in fago sylvatica.

Quercus. 24. A. (du chêne) quercus, proboscide longissima.
Reaum. inf. 3. *t.* 28. *f.* 5.–14.
Geoff. parif. 498. *n.* 14.
Fab. 38.
Hab. in corticibus quercus. In Gallia.
Maxima nostratum, atra. Alæ *hyalinæ, margine exterius atro.* Antennarum pedumque *articuli basi ferruginei.* Rostrum *longitudine abdominis.* Abdomen *muticum.*

Pini. 25. A. (du pin) pini sylvestris.
De Geer tom. 3. *p.* 27. *t.* 6. *f.* 9.–16.
Fab. 39.
Hab. in pino sylvestri.
Obs. Appendiculi brevissimi.

Salicis. 26. A. (du saule) salicis. *
Reaum. inf. 3. *t.* 22. *f.* 2.
Fab. 41.
Enum. 575.
Hab. in salicibus, caprea, viminali, pentandra.
Desc. Corpus majusculum, nigrum : puncta *dorsi* 4 alba *reliquis* majora ; ad latera adspersum punctis linearibus transversis albis. *Subtus* albicans, cornicula egregie fulva. *Antennæ* corpore dimidio breviores. *Faun.* 995.

Populi, 27. A. (du peuplier) populi tremulæ foliorum. *
Fab. 22.
De Geer tom. 3. *p.* 94. *t.* 7. *f.* 1.-7.
Hab. in populo tremula, sub foliis fornicatis.
Desc. Corpus ovatum, lividum, maximum, margine utrinque punctis 5 albis prominulis. *Cornicula* nulla. *Alarum* rudimenta acuta. *Faun.* 996.

Tremulæ. 28. A. (du tremble) populi tremulæ ramulorum. *
De Geer tom. 3. *p.* 94. *t.* 7. *f.* 1.-7.
Faun. Fridr. 291.
Hab. in ramulis populi tremulæ, ubi folia approximantur, ut tegant.
Desc. Corpus oblongum, maximum, lividofuscum, marginatum. *Antennæ* flavescentes. *Ætate* mutat colores. *Faun.* 997.

Bursaria. 29. A. (du peuplier noir) populi nigræ.
It. scan. 311.
Hoffn. alt. hort. 51.
Seb. muf. 1. *t.* 38. *f.* 8.
Jung. verm. 161. 162.
Rupp. jen. 3. *p.* 333.
Swamm. bibl. 45. *f.* 22.-25.
Reaum. inf. 3. *t.* 26. *f.* 7.-11.
Amb. hort. t. 96.
Merian europ. 1. *p.* 15. *t.* 42.
Fab. 8.
Enum. 574.
Hab. in populi nigræ foliis saccatis, petiolorumque utriculis coloratis.

Urticæ. 30. A. (de l'ortie) urticæ, alba lanata, postice truncata.
Frisch. inf. 8. *p.* 34. *t.* 17.
Enum. 576.

Fab. 30.
Hab. in urtica Germaniæ. *P. Forskœhl.*
Inter maximas hujus generis, tota alba, obtecta quasi setis; subtus vero lana alba, postice valde obtusa; de genere hæreo, utrum ad aphides aut chermes accedat.

Aceris. 31. A. (de l'érable) aceris platanoides. *
Reaum. ins. 3. *t.* 22. *f.* 6.-10.
Geoff. paris. 495. *n.* 5.
Fab. 10.
Enum. 577.
Hab. in acere platanoide.
Desc. Corpus latius. *Caput* & *thorax* in medio nigra. *Abdomen* supra verrucis adspersum, postice macula fusca cordata anterius bifida; *corniculis* obliteratis obtusissimis. *Antennæ* setaceæ. *Faun.* 999.

Atriplicis. 32. A. (de l'arroche) atriplicis.
Hab. sub atriplicis, imprimis littoralis, foliis, obambulans intra cylindrum a foliis revolutis confectum.
Desc. Corpus viride: *corniculis* minutis. *Oculi* nigri.

Pistaciæ. 33. A. (du pistachier) nigra, alis albidis, tibiis longissimis, thorace verrucoso. *Gouan.*
Siml. vit. gesn. 49.
Camer. epit. 51.
Lob. icon. 100.
Dod. pempt. 780.
Bauh. hist. 1. *p.* 279.
Tabern. hist. 1439.
Fab. 42.
Hab. in pistacia vera, terebintho, lentisco, quibus e foliorum basi enascitur

folliculus incarnatus, ventricosus, utrinque attenuatus, spithameus, pollice crassior.

Lentisci folliculus *reniformis*, *compressus*, *ex parte laterali folii aucta ; cum hic folliculus viridis est, vivunt in eo aphides, cum vero demum ruber evasit, ex eo exiere per linearem aperturam* aphides *flavæ annulis* 10. Rostrum *inflexum*. Oculi *nigricantes*. Antennæ *moniliformes*. Abdomen *postice muticum*. Alæ 4 *erectæ in nonnullis*. Lanugo *alba*, *globulis albis pellucidis mixta*, *sæpe adhæret abdomini postice*. *Vandellius*.

Ex op. D. de Geer.

Tomentosa. 34. A. (cotonneux du pin) nigra albofarinosa, tuberculata, pedibus villoso tomentosis, foliorum pini. *Ratz*. 354.
Fab. 40.
Hab. in pini sylvestris foliis.
Obs. Species distincta corpore nigro, albo, farinaceo pedibusque posticis elongatis, ciliatis. *Fab*.

Alni. 35. A. (de l'aulne) flavescenti-alba, tuberculata. *Ratz*. 356.
Fab. 21.
Hab. in betulæ alni foliis.

Pruni. 36. A. (du prunier) dilute viridis albofarinosa, corniculis brevioribus. *Ratz*. 345.
Geoff. inf. tom. 1. *p*. 497. *n*. 10.
Fab. 12.
Reaum. inf. t. 3. *t*. 23. *f*. 9. 10.
Hab. in Europa. In Gallia.

Pomi. 37. A. (du pommier) flavo-viridis, corniculis longioribus, pedibus antennisque nigrescentibus. *Ratz*. 346.
Fab. 24.
Hab. in mali foliis.

Juniperi. 38. A. (du genevrier) obscure fusca cinereo maculata, corniculis brevioribus grossis. *Ratz*. 347.
Fab. 35.
Hab. in juniperi communis foliis.

Millefolii. 39. A. (du millefeuille) viridis nigro maculata, pedibus antennisque nigris, corniculis longioribus. *Ratz*. 349.
Fab. 16.
Hab. in achillæa millefolio.

Salicis-farinosa. 40. A. (du saule à taches cotonneuses) obscure viridis, tuberculis lanuginosis albis, corniculis longioribus. *Ratz*. 351.
Hab. in salice.

Gallarum-ulmi. 41. A. (des vessies de l'orme) nigricans corniculis nullis. *Ratz*. 358.
Geoff. tom. I. *p*. 494. *t*. 10. *f*. 3.
Hab. in ulmi vesiculis.

Xylosthei. 42. A. (de la lonicere) tomentosa, corniculis nullis. *Ratz*. 360.
Hab. in xylostheo lonicera.

Ex spec. D. Fab.

Solidaginis. 43. A. (de la verge d'or) solidaginis virgaureæ.
Hab. in solidaginis virgaureæ caulibus Norwagiæ.

Cerasi. 44. A. (du cerisier) pruni-cerasi.
Hab. in pruni cerasi foliis.

Arundinis. 45. A. (du roſeau plumeux) arundinis epigeios..
Hab. in arundinis epigeios foliis.

Aparines. 46. A. (du grateron) gallii aparines.
Hab. in gallii aparines caulibus.

Achilleæ. 47. A. (de l'achilliere) flaveſcens, abdomine viridi, antennis pedibuſque albidis.
Hab. in achillea millefolio. Frequens Kiliæ.

Corni. 48. A. (du cornouiller ſanguin) corni ſanguineæ.
Hab. in corni ſanguineæ foliis.

Evonymi. 49. A. (du fuſain) evonymi Europæi
Hab. in evonymi Europæ foliis.

Avenæ. 50. A. (de l'avoine cultivée) avenæ ſativæ.
Hab. in Europæ avena ſativa.

Fraxini. 51. A. (du frêne) fraxini excelſioris.
Geoff. inſ. tom. I. *p.* 494. *n.* 2.
Hab. in fraxini excelſioris ramis.

Viburni. 52. A. (du viorme) viburni oculi.
Scop. 396.
Hab. in foliis & caulibus viburni opuli.

Atriplicis. 53. A. (de l'arroche des jardins) atriplicis hortenſis.
Hab. in atriplicis hortenſis ſummitatibus.

Picridis. 54. A. (de la crépide éperviere) picridis hieracioides.
Hab. in picridis hieracioidis caulibus.

Ægopodii. 55. A. (de la boucage angélique) ægopodii podagrariæ.
Hab. in ægopodii podagriæ foliis.

Dauci. 56. A. (de la carotte) dauci carota.
Hab. in dauci carotæ umbella.

Papaveris. 57. A. (du pavot) papaveris fomniferi.
Hab. in Holfatiæ papavere fomnifero.

Liguftici. 58. A. (de la liveche) luguftici fcotici,
It. Norvag.
Hab. in Norvagiæ liguftico fcotico.

Vitis. 59. A. (de la vigne) vitis viniferæ.
Scop. 398.
Enum. 578.
Hab. in Europæ Auftralioris vite vinifera.

Ex Entom. Carn.

Archangelicæ. 60. A. (de l'angélique - archangélique) caput & thorax niger, roftrum pallide virens, abdomen virens.
Hab. in angelica archangelica.

Leucanthemi. 61. A. (de la matricairie) caput & thorax nigra, abdomen virens, roftrum pallide virefcens apice fufcum.
Hab. in matricaria.

Scabiofæ. 62. A. (de la fcabieufe) larva glabra, virens, abdomine fubvillofo, alis immaculatis.
Hab. in fcabiofa.

Fabæ. 63. A. (de la feve) larva nigra, glaberrima.
Hab. in vicia faba.

Geniftæ. 64. A. (du genêt) nigra, alis puncto fufco.
Hab. in genifta tinctoria.

GENUS X.

CHERMES. *Roſtrum* pectorale.
Antennæ thorace longiores.
Alæ IV deflexæ.
Thorax gibbus.
Pedes ſaltatorii.

Graminis. 1. C. (des graminées) airæ flexuoſæ. *
Faun. ſuec. 693. chermes graminis.
Fab. 1.
Hab. in graminibus, imprimis in aira flexuoſa.
Deſc. Magnitudo cicadæ & ejuſdem faciei, ut primo intuitu cicadæ ſpecies ſalutaretur. *Antennæ* albicant apicibus nigris. *Alæ* quatuor non in crucem complicatæ, ſed deflexæ ut in phalena. *Abdomen* nigricans, inciſuris margine albis. *Pedes* albi, non ſaltatorii. *Caput* obtuſiſſimum una cum thorace griſeum, lineolis albis pictum. *Alæ* aqueæ venis fuſcis variis anaſtomoſibus. *Faun.* 1001.

Ulmi. 2. C. (de l'orme) ulmi campeſtris. *
Fab. 2.
Hab. intra folia revoluta ulmi campeſtris.
Deſc. *Larva* ſubrotunda, cinerea punctis elevatis nigris, obtecta lanugine copioſa. *Faun.* 1002.

Ceraſtii. 3. C. (du céraiſte) ceraſtii viſcoſi. *

Chermis *Larvæ pedatæ, ſæpe villoſæ; volatilia ſaliunt, plantis inſident.*

Fab. 4.
Hab. in foliis *ceraſtii* viſcoſi, conniventibus in capitulum.

Pyri. 4. C. (du poirier) pyri communis. *
Enum. 579.
Fab. 3.
De Geer faux-puceron du poirier. *tom.* 3. *p.* 141. *t.* 9. *f.* 1.-16.
Faun. Fridr. 292.
Hab. in pyri communis foliis.
Deſc. Corpus griſeum. *Abdomen* breve, ſtriis tranſverſis albis. *Alæ* margine dorſali puncto obſcuro. *Faun.* 1004.

Sorbi. 5. C. (du ſorbier) ſorbi aucupariæ.
Fab. 7.
Hab. in ſorbo aucuparia.
Corpus *ſupra lituris lineiſque variis nigris, ſubtus virens.* Thorax *flaveſcens, antice punctis* 2, *poſtice lineis* 4 *nigris.*

Calthæ. 6. C. (du ſouci) calthæ paluſtris. *
Fab. 9.
Hab. in calthæ paluſtris floribus.
Deſc. Antennæ clavatæ, longitudine thoracis, apice nigræ. *Thorax* luteſcens, lineis duabus arcuatis ex una baſi verſus latera flexis & tertio arcu tranſverſali poſtico priores interſecante. *Alæ* albæ, ſuperiores venis flaveſcentibus & puncto communi fuſco. *Faun.* 1005.

Buxi. 7. C. (du buis) buxi.
Reaum. inſ. 3. *t.* 29. *f.* 1.-14.
Fab. 5.
Geoff. pſylla 2.
Hab. intra buxi folia ſumma conniventia; in Gallia.

Urticæ. 8. C. (de l'ortie) urticæ dioicæ. *
De Geer faux-puceron. *tom.* 3. *p.* 134. *t.* 9. *f.* 17.-26. *t.* 10. *f.* 1.-7.
Fab. 10.
Faun. Fridr. 293.
Hab. in foliis urticæ dioicæ.
Desc. Fusca lateribus pedibusque albidis. *Cauda* reflexa. *Antennæ* nigræ versus basin albæ. *Oculi* flavescentes. Larva monstrosa, facies pediculi, depressa, ventre ciliato, *Faun.* 1006.

Betulæ. 9. C. (du bouleau) betulæ albæ. [illegible] *t.* 3. *f.* [illegible]
Fab. 11.
Hab. in betula alba.
Desc. Abdomen incarnatum linea transversa lata nigra in singula incisura solitaria, scilicet 5 in tergo, 3 in ventre. *Pectus* pallidum ut & caput. *Antennæ* setaceæ. *Cauda* acuta. *Alæ* 4 pellucidæ, nitidæ. Succus viridis tinctorius intra corpus. *Faun.* 1007.

Alni. 10. C. (de l'aulne) betulæ alni. *
Kalm. it. 2. *p.* 275.
Frisch. inf. 8. *t.* 13. vermis suctorius alni.
Schæff. elem. t. 39.
Sulz. inf. t. 12. *f.* 80.
De Geer tom. 3. *p.* 148. *t.* 10. *f.* 18.-20.
Fab. 12.
Faun. Fridr. 294.
Hab. in betulæ almi ramulis larvæ, caudis plumosis tectæ. In America septentrionali. *Kalm.*
Desc. Insectum album acuminatum. *Oculi* laterales, prominuli. *Pedes* sex, quorum duo posteriora paria propiora. *Cauda* acuminata, bifurca, supra hanc quasi stylus prominulus *Antennæ* variegatæ. *Os* apice nigro, situm in ipso ventre

inter primum & fecundum par pedum. *Alæ* 4 albæ, venis, fufcis. *Salit*.

Larva magnitudine pediculi; corpore planiufculo, viridi-maculato, ventre obtufo, poftice elevato, verfus caudam nigro. *Antennæ* albæ, superne nigræ, tenues, rectæ. *Elytrorum* rudimenta. *Cauda* villis multis, reflexis, diaphanis, retro-reflexis, corpus tegentibus, albis. *Vesicula* five guttula, intra lanam e cauda egreffa, fæpe obfervatur. *Oculi* rubri. Sedent plures in ramis alni proximæ, capite deorfum fpectantes, ut alterius cauda proximam ex parte tegat. *Faun.* 1008.

Quercus. 11. C. (du roure) quercus roboris. *
Hab. in quercus foliis.
Desc. Corpus flavo-albicans. *Elytra* ad marginem exteriorem lituris 4 fufcis, unica vero ad interiorem. *Faun.* 1009.

Fagi. 12. C. (du hêtre) fagi fylvaticæ. *
It. fcan. 65.
Reaum. inf. 3. *t.* 26. *f.* 1.-6.
Fab. 6.
Faun. Fridr. 295.
Enum. 682.
Hab. in fagi fylvaticæ foliis.

Abietis. 13. C. (du fapin) pini abietis. *
Fl. lapp. 218. *p.* 347. *E.*
It. Gotl. 180.
Geoff. parif. t. 1. *p.* 487. pfylla 5.
Frifch. inf. 12. *p.* 10. *t.* 2. *f.* 3. infectum tuberculi muricati.
De Geer tom. 3. *p.* 99. aphis 17.
Fab. 13.
Cluf. pan. 20. 21. picea pumila.
Hab. in pini abietis apicibus turionum,

quæ inde, bafi dilatatis foliolis abbreviatifque, baccam mentiuntur.
Defc. *Corpus* pallide flavefcens. *Oculi* fufci & minimo puncto nigricante inter oculos. *Antennæ* fetaceæ. *Alas* gerit uti chermes alni. *Os* fub thorace vel ex thorace. Non falit. *Faun.* 1011.

Salicis. 14. C. (du faule) falicis. *
Fab. 14.
Faun. Fridr. 296.
Hab. in falicibus variis.
Defc. Alba eft. *Abdomen* fupra maculis obfoletis. *Thorax* linea tranfverfa nigra. *Antennæ* infra medium albæ, extra medium nigræ. *Faun.* 1012.

Fraxini. 15. C. (du frêne) fraxini excelfioris. *
Geoff. parif. 486. *n.* 4.
Fab. 15.
Hab. in fraxino excelfiore.
Defc. *Alis thorace*que nigro maculatis. *Faun.* 1013.

Aceris. 16. C. (de l'érable) aceris platanoides.
Fab. 16.
Hab. in aceris platanoidis ramulis, pedunculis.
Defc. Eft inter hujus generis minores, vix pediculum majorem magnitudine fuperans. *Totum* a tergo e flavo virens, fubtus dilute virefcens. *Ani* apice fubulato, dilute viridi fufcefcente. *Oculi* etiam dilute flavefcentes. *Faun.* 1014.

Ficus. 17. C. (du figuier) ficus caricæ.
Reaum. inf. 3. *t.* 29. *f.* 22-24.
Geoff. pfylla fufca.
Fab. 17.
Hab. in fico carica.

Ex spec. D. Fab.

Persicæ. 18. C. (du pêcher) amygdali persicæ.
Geoff. inf. t. 1. *p.* 506. *n.* 4.
Fab. 8.
Reaum. inf. 4. *t.* 1. *f.* 1. 2.
Enum. coccus 586.
Hab. in amygdali persicæ ramis.
An chermes; an coccus? Non vidi.

GENUS XI.

COCCUS. *Rostrum* pectorale.
Abdomen postice setosum.
Alæ II erectæ masculis. Fœminæ apteræ.

Hesperidum. 1. C. (des orangers) hybernaculorum.
Faun. suec. 722. coccus hesperidum.
Schæff. elem. t. 48.
Act. paris. 1692. *p.* 14. *t.* 14.
Frisch inf. 12. *p.* 12.
Reaum. inf. 4. *t.* 1.
Sulz. inf. t. 12. *f.* 81.
Geoff. inf. 505. chermes hesperidum.
Fab. 1.
Enum. 583.
Hab. in arboribus semper virentibus hybernaculi, uti citri, lauri, quassiæ, &c.
Desc. Crusta ovalis, depressa, cymbiformis, patellæ instar, postice emarginata; pro lubitu pedes exserens & retrahens. *Faun.* 1015.

Cocci *tardi, imprimis matres gravidæ, plantis adhærent, sæpe ramis, aliæ radicibus, fere immobiles. Mares volatu saliunt.*

Adonidum. 2. C. (des ſerres) rufa farinacea piloſa.
Geoff. pariſ. 1. *p.* 511. *n.* 1. coccus adonidum, corpore roſeo farinaceo, alis ſetiſque niveis.
Faun. ſuec. 1. *n.* 1169. pediculus adonidum.
Fab. 3.
Faun. Fridr. 297.
Hab. in America, Africa, nunc in Europa calidiore.
Conf. *Lederm.* 1762. *t.* 9. pediculus coffeæ.
Corpus *ovatum, oblongiuſculum, album. Linea dorſalis longitudinalis, elevata, cum puncto obſoleto in ſingulo ſegmento. Laterum margines acuti cum inciſuris* 14, *totidemque punctis prominentibus. Area inter lineam dorſalem marginemque totidem punctis in ſeriem longitudinalem diſpoſitis.* Cauda *bifida.* Antennæ *capillares fuſcæ.* Pedes 6, *tenues, fuſci.* Senior *factus folliculum ſtruit, ſe ipſo ſexies majorem, intra quem inſimul ova flava includit.*

Quercus. 3. C. (du roure) quercus roboris.
Reaum. inſ. 4. *t.* 6. *f.* 1.-4. *& alia f.* 8. 10.
Geoff. inſ. t. 1. *p.* 508. *n.* 13.
Fab. 4.
Hab. in quercu robore.

Ilicis. 4. C. (du chène-vert) quercus cocciferæ.
Garid. aixenſ. 250. *t.* 53. *&* 2.
Geoff. mat. 2. *p.* 782.
Reaum. inſ. 4. *t.* 5.
Leterm. micr. 72. *t.* 36.
Fab. 5.
Hab. in Gallo provinciæ quercu coccifera.
Obſ. Aceto immerguntur, exſiccantur ſupra lintea.

Betulæ. 5. C. (du bouleau) betulæ albæ.
Fab. 8.
Hab. in betula alba.

Carpini. 6. C. (du charme) carpini betuli.
It. ſcan. 47.
Fab. 9.
Hab. in carpino betulo.

Ulmi. 7. C. (de l'orme) ulmi campeſtris.
Geoff. pariſ. tom. 1. *p.* 512. *n.* 7.
De Geer tom. 6. *p.* 436. *t.* 28. *f.* 7.-12.
Fab. 6.
Hab. in ulmo campeſtri.

Coryli. 8. C. (du coudrier) coryli avellanæ.
Reaum. inſ. 4. *t.* 3. *f.* 4.-10.
Geoff. t. 1. *p.* 507. cherm. 10.
Faun. Fridr. 298.
Fab. 7.
Hab. in corylo avellana.

Tiliæ. 9. C. (du tilleul) tiliæ Europææ.
Reaum. inſ. 4. *t.* 3. *f.* 1.-3.
Geoff. t. 1. *p.* 507. cherm. 9.
Fab. 10.
Faun. Fridr. 299.
Hab. in tilia Europæa.

Ruſci. 10. C. (du houx) ruſci, teſta octo clypeolis cincta.
Column. purp. 16. *t.* 17. lepas nova ſ. myrti morbus.
Bocc. muſ. t. 107. *f. XXIII, h. h.*
Ginan. adr. 1. *p.* 60. *t.* 3. *f.* 27. balanus terreſtris compoſitus e multis teſtis.
Klein. oſtr. 116. lepas teſſelata.
Fab. 11.
Hab. in Apuliæ myrto, ruſco. *D. Kæhler.*
Teſta truncata, octogona, perforata,

cincta

cincta octo clypeolis instar testudinis: horum omnes in medio granulo notati, exceptis duobus lateralibus oppositis.

Capreæ. 11. C. (du saule marceau) salicis cinereæ.
De Geer tom. 6. p. 442. t. 28. f. 13.-15.
Fab. 12.
Hab. in salicibus, foliis hirsutis.
Magnitudo pisi majoris, semiamplexicaulis, antice obtusus & bifidus, ovatus, colore seminis staphyleæ.

Salicis. 12. C. (du saule) salicis hermaphroditicæ. *
Faun. Fridr. 300.
Hab. in salicis hermaphroditicæ cortice.
Obs. Adeo parvus, ut, nisi attente observetur, non conspicuus.
Desc. Corpus minutissimum, vix nudis oculis conspicuum, rubrum, in senioribus planiusculum cinereum. *Faun.* 1022.

Vitis. 13. C. (de la vigne) vitis viniferæ.
Reaum. ins. 4. *t.* 6. *f.* 5.-7.
Act. Bonon. 2. *pp.* 2. *p.* 279. *t.* 284.
Geoff. cherm. 6.
Enum. 585.
Fab. 18.
Hab. in vite vinifera.

Polonicus. 14. C. (de Pologne) radicis scleranthi perennis.
Faun. suec. 720. coccus radicum purpureus.
Camer. epit. 691. polygonum cocciferum.
Bauh. pin. 281.
Breyn. E. N. C. 1731.
Rupp. jen. 86.
Raj. hist. 186.
Bauh. hist. 3. *p.* 378.

Reaum. inſ. 4. *p.* 1.
Friſch. inſ. 5. *p.* 6. *t.* 2.
Geoff. 504. chermes radicum purpureus.
Act. Angl. 1765. *p.* 91. *t.* 10. potentillæ albæ & reptantis, ſcleranthi annui.
Act. Upſ. 1742. *p.* 54. *t.* 1.
Fab. 20.
Faun. Fridr. 301.
Hab. in ſcleranthi perennis radicibus.

Piloſellæ. 15. C. (de la piloſelle) radicis hieracii piloſellæ.
Sim. Paul. quadr. 113.
Act. Upſ. 1742. *p.* 54. *t.* 2.
Fab. 13.
Faun. Fridr. 302.
Hab. in hieracii piloſellæ radicibus.
Obſ. Affinis nimium cocc. Polonici.

Uvæ urſi. 16. C. (de l'arbouſier) radicis arbuti uvæ urſi.
Act. Holmenſ.
Hab. ad radices arbuti uvæ urſi ſub muſcis.
Deſc. Corpus rufum, ſucco ſanguineo, tandem indutum folliculo laxo albo ovato. *Faun.* 1025.

Phalaridis. 17. C. (du phalaris des Canaries) radicum phalaridis. *
Geoff. pariſ. 1. *p.* 512. *n.* 2. *t.* 10. *f.* 5. coccus graminis, corpore roſeo.
Fab. 15.
Hab. in phalaridis Canarienſis variiſque aliis graminum radicibus.
Deſc. Animal magnitudine ſeminis cannabis, exalbidum, ſolis *pedibus* parum incarnatis. *Antennæ* vix corporis $\frac{1}{2}$ partem adtingunt. *Roſtrum* inflexum. *Anus* retuſus, vix villoſus. *Volatile* non vidi, proin utrum coccus, aphis aut chermes ſit, hæreo. *Faun.* 1026.

Oxyacanthæ. 18. C. (de l'alisier - aubepin) cratægi oxyacanthæ.
Reaum. inf. 4. *t.* 6. *f.* 11. 12.
Hab. in cratægo oxyacantha.

Ex spec. D. Fab.

Serratulæ. 19. C. (de la sarrette) serratulæ arvensis.
Hab. in serratula arvensis Angliæ.

Zosteræ. 20. C. (du zostera) zosteræ marinæ.
Hab. in zostera marina maris Baltici.

Ex Enum.

Visci. 21. C. (du gui)
Hab. in visco albo.

Arborum. 22. C. (des arbres)
Beytr. Zur. Nat. p. 48. §. 5.
Geoff. chermes 17.
Hab. in pino.

Mali. 23. C. (du poirier)
Hab. in pyro malo.
Obs. Cocco hesperidum simillimus habitu.

Costatus. 24. C. (à côtes)
Hab. in amygdalo persica.

Ex op. D. de Geer.

Farinosus-alni. 25. C. (le poudré) ovatus tomentosus pallide fuscus, albo farinosus.
Hab. in alno.

GENUS XII.

THRIPS. *Rostrum* obscurum.
Antennæ longitudine thoracis.
Corpus lineare. Abdomen sursum reflexile.
Alæ IV rectæ, dorso incumbentes, longitudinales, angustæ, subcruciatæ.

Physapus. 1. T. (le vésiculeux) elytris glaucis, corpore atro. * *t.* 3. *f.* 30.
Geoff. paris. 385. *n.* 2.
Scop. carn. 418.
Schæff. elem. t. 127.
De Geer tom. 3. *p.* 6. *t.* 1. *f.* 1.-4.
Faun. Fridr. 303.
Enum. 590.
Fab. 1.
Hab. in floribus semiflosculosorum. Loti corniculatæ flores clausos tumidosque reddit, spicas secales inanit.
Desc. Corpus lineare, atrum est. *Antennæ* rectæ, filiformes, atræ, breves, sex articulis. *Alæ* angustissimæ, rectæ. *Elytris* angustissimis, albido-griseis, tenuissimis, flexilibus, longitudine fere abdominis, margine, præsertim apice, hirsutis, basi autem pallidioribus: hæ alæ tectæ elytris efficiunt in tergo lineam angustissimam, nudis utrinque relictis abdominis lateribus nigris. *Currit*

Thripis *rostrum ob parvitatem vix conspicuum; hi in floribus frequentes agilissimi fere subsiliunt, abdomen sæpius sursum flectunt. Tarsi vesiculosi. Bonann. De Geer, Geoff. Larvæ æque agiles currunt, sæpius rubræ.*

celerrime, saltat; variis modis abdomen flectit & vibrat, non facil – litat, *larva* coccinea, capite, pedibus antennisque nigricantibus, in floribus chamomillæ frequentissima inter flosculos incedens ac si perfectum esset animalculum. *Faun.* 1027.

Minutissima. 2. T. (le pigmée) elytris corporeque glauco, oculis fuscis. *
Fab. 4.
Enum. 591.
Hab. in Europa.
Desc. Inter congeneres omnium minima est. *Faun.* 1028.

Juniperina. 3. T. (du génevrier) elytris niveis, corpore fusco. *
Geoff. parif. 1. *p.* 384. *n.* 1. *t.* 7. *f.* 6.
De Geer tom 3. *p.* 10. *t.* 1. *f.* 5.-7.
Fab. 2.
Hab. in juniperis.

Fasciata. 4. T. (le fascié) elytris albis nigrisque fasciatis, corpore fusco. *
Geoff. parif. 1. *p.* 385. *n.* 3.
Sulz. inf. t. 7. *f.* 48. *b.*
De Geer tom. 3. *p.* 17.
Fab. 4.
Enum. 391.
Müll. Lin. Nat. cl. V. *p.* 385.
Hab. in floribus.
Desc. Omnia, ut in præcedenti, sed fasciæ transversæ albæ & nigræ alas distinguunt. *Animal* totum atrum, præcedenti majus. *Elytra* nigra fasciæ tres niveæ secant, quarum una in apice, altera in medio, tertia versus basin elytrorum. *Faun.* 1030.

Ex spec. D. Fab.

Ulmi. 5. T. (de l'orme) nigra, alis niveis ciliatis, ano acuminato.
De Geer tom. 3. *p.* 11. *t.* 1. *f.* 8.-13.
Geoff. 1. *t.* 384. *n.* 2. *t.* 7. *f.* 6. An hæc? An juniperina?
Hab. in ulmi corticibus gregaria.

Ex Enum.

Flava. 6. T. (le jaune) alis albidis, oculis rubris nitentibus.
Beytr. Zur. Nat. p. 31.
Hab. in plantis variis, folia frequentans.
Obs. Larva oblonga, flava, sæpe in eadem cum declarato insecto planta.

Leucanthemi. 7. T. (du leucantheme vulgaire) nigra, alis albidis, tibiis antice compressis dilatatis, albis.
Scop. 418.
Hab. in polygono Tatarico. In flore chrysanthemi leucanthemi invenit cl. *Scop.*

Melanopa. 8. T. (le mélanope) flava, oculis nigris.
Hab. in floribus semiflosculosis, socia thripis physapodis, ejusdemque magnitudinis.
Obs. 1. Thripes larvis suis non multum absimiles, nisi quod alas habeant, adcuratam a curiosis observationem sibi poscunt. Numerosa fortasse gens, nec tamen ex ea plures, quod sciam, quam decem species detectæ. Rei hujus causa ipsa insecti natura est, quod in campo microscopio subjici nequit; ubi vero illud domum tuam deferre volueris, mille invenit evadendi vias. Interea decem has species, & si forte id con-

filium huc non pertineat, junctim lectori fiſto, poſteris fortaſſe hanc Otahitam altius perluſtraturis.

1. Thrips *phyſapus*, elytris glaucis, corpore atro. *Linn.*
2. Thrips *faſciata*, elytris albis nigriſque faſciatis, corpore fuſco. *Linn.*
3. Thrips *leucanthemi*, nigra, alis albis, tibiis anticis compreſſis dilatatis albis. *Scop.*
4. Thrips *ranunculi*, nigra, alis albidis, ſegmentis abdominalibus margine rufis. *Scop.*
5. Thrips *melanopa*, flava, oculis nigris. *Noſ.*
6. Thrips *flava*, flava, oculis rubris nitentibus *Noſ.*
7. Thrips *minutiſſima*, elytris corporeque glauco, oculis fuſcis. *Linn.* Nomen Linnæanum hic retinere placuit, fortaſſe aliud ab eo indicans inſectum ab eo, quod nos ſupra ſub eodem nomine triviali enumeravimus.
8. Thrips *juniperina*, elytris niveis, corpore fuſco. *Linn.*
9. Thrips *paradoxa*, antennis pectinatis, fiſſilibus, alæformibus. *Linn.*
10. Thrips *ulmi*, nigra, alis niveis ciliatis, ano acuminato. *D. de Geer. ENUM.*

Finis Tomi I.

ANALYTICA COMPARATAQUE D. D.

LINNÆI, DE GEERII, GEOFFROYI, FABRICII

ENTOMOLOGIARUM SYNOPSIS.

D. Linnæi.

SCARABÆUS.

Antennæ clava fissili.
Tibiæ anticæ sæpius dentatæ.
Ordo 1 *Thorace* cornuto.
2. . . . Inermi, capite cornuto.
3 Mutici capite, & Thorace inermi.

D. De Geeri.

SCARABÆUS.

Antennæ clavatæ capitulo fissili.
Tibiæ dentatæ vel spinosæ.
Ordo 1 *Terrestris* ore maxilloso, abdomine thorace breviore.
2 *Arborei* ore maxillofo, abdomine thorace longiore.
3 *Florales* ore edentulo.

Obs. Teste D. de Geero, ordines scarabæorum *syst. nat.* aliquoties ambagiosi : 1°. maris caput sæpe cornutum est, fœminæ inerme : 2°. cum capitis tuberculus brevissimus est, an ad armatos, an ad inermes referendi ? 3°. nonnulli adeo similes ut sola cornuum vel tuberculorum præsentia absentiave differant. Caracteres methodicos raros peremptorios esse fateor ; sed si tres ordines celeb. Linnæi, more D. Fabricii, duplicarentur, omne dubium fere evanesceret. V.

D. Geoffroyi.	*D. Fabricii.*
SCARABÆUS.	SCARABÆUS.
Antennæ clavalæ, clava lamellata *Scutellum* inter elytrorum origines. Ordo 1 Antennarum lamellis feptem. 2 . . . . Lamellis tribus.	*Palpi* quatuor filiformes. *Labium* emarginatum, apicibus elongatis, palpigeris. Ordines Linnæani in fex divifi, ratione fcutelli aut non fcutelli.
COPRIS.	TROX.
Antennæ clavatæ. *Scutellum* inter elytrorum origines nullum.	*Palpi* quatuor capitati. *Maxilla* bifida. *Antennæ* lamellatæ.

Obf. 1. Scutellum præfens aut non præfens fpecierum varietates & non generum caracteres præbet folufque *D. Geoffroyus* copris genus admifit. V.

Obf. 2. An hæc nova D. Fabricii genera neceffaria? Saltem, melolonthæ nomen a *D. Geoff.* certis chryfomelis antea applicatum fuiffet.

D. Linnæi.	*D. Geeri.*
LUCANUS.	**LUCANUS.**
Antennæ clavatæ, clava compreſſa, latere latiore pectinato-fiſſili.	*Antennæ* clavatæ, altero latere capitulo pectinato-fiſſili.
Maxillæ porrectæ, exſertæ, dentatæ.	*Maxillæ* porrectæ à labiis non occultatæ.
	Lingua hirſuta.
	Tibiæ dentatæ vel ſpinoſæ.
DERMESTES.	**DERMESTES.**
Antennæ clavatæ, capitulo perfoliato, articulis tribus craſſioribus.	*Antennæ* clavatæ, clava artticulis tribus, perfoliata vel truncata.
Thorax convexus, vix marginatus.	*Elytra* non marginata.
Caput ſub thorace inflexum condens.	*Tibiæ* inermes.

D. Geoffroyi.

D. Fabricii.

MELOLONTHA.

Maxilla brevis, cornea, apice multidentata.
Antennæ lamellatæ.

TRICHIUS.

Palpi quatuor filiformes.
Maxilla bifida.
Antennæ lamellatæ.

CETONIA.

Maxilla apice setosa.
Labium coriaceum, emarginatum, palpos tegens.
Antennæ lamellatæ.

PLATYCERUS.

Antennæ in extremo uno versu pectinatæ.
Ordo 1 *Antennis* fractis
2 . . . . integris.

LUCANUS.

Penicelli duo sub labio palpigeri.
Antennæ pectinato-fissiles.

Obs. In hoc ultimo ordine solum insectum quod *syst. tenebrio caraboides* est. V.

DERMESTES.

Antennæ clavatæ, perfoliatæ, ultimo articulo solido, gibboso.
Elytra non marginata.
Obs. Non omnes.

DERMESTES.

Palpi inæquales, filiformes.
Maxilla bifida.
Labium corneum, obtusum, integrum.
Antennæ, clava perfoliata.

BOSTRICHUS.

Antennæ clavatæ, clava ex articulis tribus composita, capiti insidentes.

BOSTRICHUS.

Maxilla cornea.
Labium cylindricum, integrum, apice palpigerum.

D. Linnæi.	*D. de Geeri.*
	IPS.
	Antennæ fractæ, clavato-capitatæ.
	Caput globofum, parum deflexum.
	Thorax magnus, cylindricus, gibbus.
	Abdomen cylindricum.
	Tibiæ dentatæ.

Obf. 1. Ipfidis genus incertum, nam in entomologia *D. Fab.* fub eodem nomine reperiuntur certæ filphæ: inde oritur aliqua confufio quæ, mutato nomine, fugeret. V.

Obf. 2. E dermeftibus plurima genera eruerunt entomologi. Sed *fi nominum genericorum mutatio femper anfam confufionis præbet*, ut optime animadvertit *Clariff. Fab.* cur byrrhi nomine certis infectis jam applicato, quofdam dermeftes ipfe defignaverit? Cur *D. Geoffroyus*, in entomologia optime meritus, hifteros *Linn.* attelabos appellaverit, ignoro? Nam *caracter Generis femper idem, ergo & nomen. fund. entom. paragr.* 12, *pag.* 105. Et *D. Fab.* rejecit novas denominationes, peltis, cucuji, platyceri, forficinæ, buprefiis *D. Geoff.*, his generibus jam defignatis fub nominibus *filphæ*, *buprefiis*, *lucani*, *lepifmæ* & *carabi.* Non feliciora *D. Scopoli* genera afili qui empis *Linnæi*, eracis qui afilus, empis qui conops *fyftematis.* Junior entomologus hac inutili nomenclatura fatigatus, ad cognitionem infectorum tardius incedit & in inquifitione tempus pretiofum edit quod ad confirmanda genera, ad determinandas novas vel antiquas fpecies melius confumeretur. Ipfa noftra experientia moniti, de his mutationibus fcientiæ inutilibus, etiam forte noxiis, an perperam querimur? V.

D. Geoffroyi.

Roſtrum nullum.
Thorax cubicus, *caput* intra ſe recondens.
Tarſi nudi, ſpinoſi.

D. Fabricii.

Antennæ, clava ſolida.

CLERUS.

Antennæ clavatæ, clava ex articulis tribus compoſita, capiti inſidentes.
Roſtrum nullum.
Thorax ſubcylindraceus, non marginatus.
Tarſi ſpongioſi.

Obſ. Non ſunt omnes. Dermeſtes, *ſyſt.*

APATE.

Palpi filiformes æquales.
Maxilla unidentata.
Labium membranaceum, truncatum.
Antennæ perfoliatæ.

SCOLYTUS.

Antennæ clavatæ, clava ſolida.
Roſtrum nullum.

MELYRIS.

Non vidi.

ANTHRIBUS.

Antennæ clavatæ, clava ex articulis tribus compoſita, capiti inſidentes.
Roſtrum nullum.
Thorax latus, marginatus.
Tarſi ſpongioſi.

Obſ. Alii dermeſtes, alii ſilphæ *ſyſtematis* ſunt. V.

BYRRUS.

Palpi inæquales, ſubclavati.
Maxilla bifida.
Labium bifidum.
Antennæ moniliformes extrorſum craſſiores.

D. Linnæi.	*D. de Geeri.*
PTINUS.	PTINUS.
Antennæ filiformes, articulis ultimis majoribus. *Thorax* ſubrotundus, immarginatus, caput recipiens.	*Antennæ* filiformes. *Thorax* gibbus, angulis binis ſubſterno continuatis, caput excipiens. *Corpus* cylindricum, ſubtus convexum.

Obſ. Licet hæc inſecta dermeſtibus proximata ſint, ſedulo tamen examinata, genus proprium formant; præſertim caracteribus *DD. Linnæi*, *de Geeri* unitis. V.

HISTER.	HISTER.
Antennæ capitatæ, capitulo ſolidiuſculo, infimo articulo compreſſo, decurvato. *Caput* intra corpus retractile. *Os* forcipatum. *Elytra* corpore breviora. *Tibiæ* anticæ dentatæ.	*Antennæ* fractæ, clava ovali, articulis compactis. *Caput* thoraci intruſum. *Maxillæ* plerumque porrectæ, forcipatæ. *Tibiæ* latæ, compreſſæ, ſpinuloſæ.

GYRINUS.	GYRINUS.
Antennæ clavatæ, rigidæ, capite breviores.	*Antennæ* craſſæ, rigidæ, capite breviores.

D. Geoffroyi.

BYRRHUS.

Antennæ, articulis tribus ultimis longiſſimis, ſemi-clavatæ.

D. Fabricii.

ANOBIUM.

Palpi clavati.
Maxilla obtuſe dentata.
Labium integrum.
Antennæ filiformes.

PTINUS.

Palpi filiformes.
Maxilla bifida.
Labium bifidum.
Antennæ filiformes.

Obſ. His caracteribus forte Byrrhi *D. Geoffroyi* non ſatis ſunt determinati ; & eo magis mirum eſt, quod primus hoc genus a dermeſtibus optime ſeparavit. V.

ATTELABUS.

Antennæ clavatæ, clava integra, in medio fracta.
Caput intra thoracem.

HISTER.

Maxilla unidentata.
Labium corneum, cylindricum, integrum.
Antennæ clavatæ.

Obſ. 1. Quid ſentiendum ſit de hujus generis nominis mutatione, jam diximus. V.

Obſ. 2. Nullam ſpeciem ex hoc genere eripuit *D. Fabricius*, quod rariſſimum eſt. V.

GYRINUS.

Antennæ rigidæ, capite breviores.

GYRINUS.

Palpi filiformes.

D. Linnæi.	*D. de Geeri.*
Oculi IV, duobus ſupra, duobus infra.	*Oculi* IV. *Pedes* poſteriores 4 natatorii.

Obſ. Amphibia ut dytiſci larvarum hiſtoria a *D. Medeer* in actis acad. regiæ Succiæ anno 1770, p. 324, depoſita. V.

BYRRHUS.	DERMESTES.
Antennæ clavatæ, ſubſolidæ, ſubcompreſſæ.	*Sub* hoc genere *D. de Geerus* Byrrhos *ſyſt.* incluſit.

Obſ. Byrrus pilula eſt *ciſtelæ* genus *D. Geoff.* ſed ſub eodem genere a *D. Fab.* ſervatus. V.

SILPHA.	SILPHA.
Antennæ extrorſum craſſiores. *Elytra* marginata. *Caput* prominens.	*Antennæ* extrorſum craſſiores plerumque truncatæ vel perfoliatæ. *Thorax* planiuſculus, marginatus, caput non tegens. *Elytra* marginata, replicata.

D. Geoffroyi.

D. Geoffroyi.

GYRINUS.

Pedes natatorii.
Oculi quatuor.

D. Fabricii.

GYRINUS.

Maxilla cornea unidentata.
Labium emarginatum.
Antennæ cylindricæ.

Obſ. Hoc genus primus optime diſtinxit *D. Geoff.* In editionibus ſyſtematis præcedentibus intèr dytiſcos enumeratum fuerat.

ANTHRENUS.

Antennæ clavatæ, integræ, clava ſolida, compreſſa.

CISTELA.

Antennæ extrorſum craſſiores, nonnihil perfoliatæ.

BYRRHUS.

Palpi æquales, ſubclavati.
Maxilla bifida.
Labium bifidum.
Antennæ moniliformes, extrorſum craſſiores.

ANTHRENUS.

Palpi inæquales, filiformes.
Maxilla membranacea, linearis, bifida.
Labium corneum, integrum.
Antennæ clava ſolida.

PELTIS.

Antennæ extrorſum craſſiores, nonnihil perfoliatæ.
Thorax & *Elytra* marginata.

SILPHA.

Maxilla unidentata.
Labium dilatatum, bifidum.
Antennæ perſoliatæ.

Obſ. Silphæ *D. Linn.* a *D. Fabr.* in ſex genera diviſæ fuerunt, coacto ſane methodo ex inſtrumentis cibariis præcipue ſumta. Sed placebit hunc præſtantiſſimum Entomologum audire. « Inſtrumenta cibaria con-
» tinent partes ad diſtinctionem generum *detectorum &*
» *unquam detegendorum* ſufficientes. Invenimus enim,
» 1°. Palpos duos, quatuor, ſex eorumque articulos. *Lin.*
» 2°. Clypei diſcum, limbum. *Fab.*
» 3°. Mandibulas tranſverſales earumque dentes apiceſ-
» que. *Fab.*
» 4°. Maxillas tranſverſales earumque dentes, lacinias,
» *Fab.*
» 5°. Galeam. *Fab.*
» 6°. Labii numerum, diviſionem, diſcum, limbum.
» 7°. Linguam ſpiralem convolutam. *Lin.*
» 8°. Roſtri vaginam ejuſque articulos. *Lin.*
» 9°. Roſtri ſetas. *Lin.*
» 10°. Hauſtelli vaginam ejuſque valvulas. *Fab.*
» 11°. Hauſtelli ſetas. *Fab.*
» 12°. Proboſcidis ſtipitem. *Fab.*
» 13°. Proboſcidis capitulum bilabiatum.
» Omnes hæc partes numero, figura, proportione, ſitu,
» differunt & caracterum generes conſtantes præbent
» omnino ſufficientes. *Mantiſſ. Prolegom.* V. »

D. Fabricii.

NICROPHORUS.

Obs. 1. Silpha Germanica silphaque vespillo solæ in genere Nicrophori. V.

Labium cordatum, emarginatum, crenatum.
Antennæ perfoliatæ.

NITIDULA.

Obs. 2. Dermestes Psylius sub genere Nitidulæ. V.

Palpi filiformes.
Maxilla cylindrica, membranacea.
Labium cylindricum.
Antennæ clava solida.

OPATRUM.

Obs. 3. Silpha sabulosa ad Opatrum attinet. V.

Palpi anteriores clavati, clava oblique truncata, posteriores filiformes.
Labium subemarginatum.
Antennæ moniliformes; extrorsum crassiores.

ELOPHORUS.

Obs. 4. Silpha aquatica *syst.* sub Elophori genere. V.

Maxilla cornea, apice membranacea.
Labium corneum, quadratum.
Antennæ clava solida.

SPHÆRIDIUM.

Obs. 5. Dermestes scarabæoides inter sphæridia. V.

Palpi quatuor filiformes.
Labium quadratum, emarginatum.
Antennæ perfoliatæ.

TRITOMA.

An silpha?

Ex inſtrumentis cibariis natæ ſunt claſſes octo.

Os maxillis palpiſque quatuor aut ſex.

1

ELEUTERATA.

Maxilla nuda, libera. Hæc claſſis coleoptera *Linn.* amplectitur, forficulis exceptis. V.

2

ULONATA.

Maxilla, tecta, galea obtuſa. Hic forficulæ, inſectaque hemiptera reperiuntur uſque ad locuſtas incluſive. V.

3

SYNISLATA.

Maxilla connata cum labio. In hac claſſe quære monoculos, oniſcos, lepiſmas, poduras, phryganeas, ephemeras, hemerobios, termes, myrmileona, panorpas, raphidias, cynipedes, tenthredines, ſireges, ichneumones, ſpheges, veſpas, apes, formicas, mutillas. Turba ſane ſtupenda, inſolita, ſed inſtrumentis cibariis approximata. V.

4

AGONATA.

Maxilla inferiore nulla. Cancri.

Os maxillis palpiſque duobus.

5

UNOGATA.

Maxilla inferiore ſæpius unguiculata. *Libellulæ* cum julis, ſcolopendris quibuſdam, acaris, araneis, phalangiis ſcorpionibuſque in hac claſſe junguntur. V.

6

GLOSSATA.

Os palpis linguaque ſpirali. In hac claſſe *lepidoptera* omnia includuntur. V.

7

RYNGOTA.

Os roſtro, vagina articulata. Hæc ſeptima claſſis omnia *hemiptera Linn.* exceptis blattis, mantibus, gryllis, continet. V.

8

ANTLIATA.

Os Hauſtello, vagina inarticulata. Diptera *Linnæi* cum pediculis acariſque.

Studendum eſt hoc arduum ſyſtema, ut labor *D. Fabricii* digne judicetur. Revera difficile & non omnibus apertum eſt. V.

D. Linnæi. | *D. de Geeri.*

CASSIDA.

D. Linnæi.

Antennæ ſubfiliformes, extrorſum craſſiores.
Elytra marginata.
Caput ſub thoracis clypeo plano reconditum.

D. de Geeri.

Antennæ clavato-incraſſatæ.
Caput ſub clypeo marginato occultatum.
Elytra marginata, abdomine majora.

COCCINELLA.

D. Linnæi.

Antennæ ſubclavatæ, truncatæ.
Palpi clava ſubcordata.
Corpus hemiſphæricum.
Thorace elytriſque marginatis, abdomine plano.
Ordo 1 Coleoptris rubris flaviſve punctis nigris maculatis.
2 .... rubris flaviſve albo maculatis.
3 ... nigris, rubro maculatis.
4 ... nigris, albo flavove maculatis.

D. de Geeri.

Antennæ clavatæ, clava compreſſa, truncata.
Palpi clava triangula.
Corpus hemiſphæricum, ſubtus planum.
Thorax & *elytra* marginata.
Ordo 1 elytris rubris vel flavis, maculis nigris.
2 ... rubris vel flavis, maculis albis.
3 ... nigris, albo-flavo vel rubro maculatis.

CHRYSOMELA.

D. Linnæi.

Antennæ moniliformes, extrorſum craſſiores.
Thorax nec elytra, marginatus.
Ordo 1 *Corpore* ovato.
2 *Saltatoriæ* femoribus poſticis craſſiſſimis.

D. de Geeri.

Antennæ moniliformes, extrorſum craſſiores, corpore breviores.
Thoracis latera marginata.
Abdomen ovale, plus minusve elongatum.
Ordo 1 cordore ovali, thorace largo.

D. Geoffroyi.

CASSIDA.

Antennæ extrorſum craſſiores, nodoſæ.
Thorax & *elytra* marginata.
Caput thorace tectum.

D. Fabricii.

CASSIDA:

Palpi anteriores clavati, poſteriores filiformes.
Labium elongatum, integrum.
Antennæ moniliformes.

COCCINELLA.

Antennæ extrorſum craſſiores, nodoſæ, antennulis breviores.
Corpus hemiſphæricum.

COCCINELLA.

Palpi anteriores ſecuriformes, poſteriores filiformes.
Labium cylindricum.
Antennæ clava ſolida.

Obſ. 1. Licet hi duo Entomologi ſubdiviſiones non indicaverint, tumultuoſe tamen hoc genus non ordinarunt. V.
Obſ. 2. Coccinellarum larvæ frequentius obviæ, facile educantur metamorphoſinque in vaſis ſubeunt. V.

CHRYSOMELA.

Antennæ a baſi ad apicem creſſentes, articulis globoſis.
Thorax æqualis, marginatus.

CHRYSOMELA.

Palpi ſex extrorſum craſſiores.
Labium corneum, integrum.
Antennæ moniliformes.

